

www.e-rara.ch

Joh. Seldenus de Anno Civili veterum Iudæorum

Selden, John

Lugd. Batavor., 1683

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-62386>

[...] De Macedonum et Asianorum anno solari, dissertatio [...].

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

V. CL.

JACOBI USSERII

ARMACHANI

De

MACEDONUM

ET

ASIANORUM

ANNO SOLARI,

DISSERTATIO:

CUM

GRÆCORUM ASTRONOMO-
RUM PARAPEGMATE,

AD

MACEDONICI ET JULIANI

Anni rationes accommodato.

JACOBI USSERII

ARMACHANI

DE

MACEDONUM

ASTRONOMIA

ANNO SOLARI

DISSECTATA

CUM

GRÆCORUM ASTRONOMO-

RUM PARAPHRASIBUS

AD

MACEDONICUM JULIANI

ANALYSEOS ASTRONOMICÆ

JACOB I USSERII ARMACHANI,

De Macedonum & Asianorum
anno Solari,

DISSERTATIO.

CAP. I.

De mensibus Solaribus à Macedonibus Græciae dominatu jam potitis, Lunarium loco in usum civilem introductis; & iisdem Asia imperium postea obtinentibus, à Syromacedonibus & Asiae propriè dictæ incolis variè usurpatis.



Philippus rex Macedonum ab Amphictyonibus, ex quibus commune Græciæ constabat Concilium, à Bellerophontis filii facti contra Phocenses Dux constitutus, ad Peloponnesiorum magistratus scripsit literas, à Demosthene in oratione de Coronâ recitatas: in quibus mandatum ipsius, hisce verbis expressum legitur. Ὡς ἐναντία μετὰ

τῶν ἄλλων εἰς τὴν Φωκίδα, ἔχοντες ἄπιστομόν

L 5

ἡμερῶν

a Diodor.
Sicul. lib.
16. ad
ann. 2.
Olymp.
108.

ἡμερῶν τετράκοντα, τὴν ἐνεσῶτος μῆνος Λαῶν
 ὡς ἡμεῖς ἀγομεν ὡς ἡ Ἀθηναῖοι, Βοῦδρομιῶ-
 ν & ὡς Κορινθιοῖς, Πανίμυ. *Quare armati
 nobis occurrite in Phocide, allato commea-
 tu quadraginta dierum, hoc mense Loo,*
ut nos agimus: ut autem Athenienses,
Boëdromione; ut Corinthii, Panemo. Ubi,
*ut Boëdromionem Atticum Lunarem Me-
 tonicum fuisse constat: ita ejusdem ge-
 neris & Macedonicum Loum & Corin-
 thiacum Panemum tunc extitisse, ipsa
 prudentiæ militaris ratio, cujus callen-
 tissimum Philippum fuisse nemo dubitat,*

b 1. Cor.
 14. 8.

planè exigere videtur. b *Si enim tuba il-
 lius incertum dedisset sonum; quis præpa-
 ravisset se ad prælium? Si Atticus Boë-
 dromion fuisset, ut erat, Lunaris; Mace-
 donum verò Lous, aut Corinthiorum
 etiam Panemus, Solaris: incertum om-
 ninò fuisset, quando in Phocide arma-
 tus Philippo occurrere teneretur Pelopon-
 nesiorum exercitus.*

In Alexandri autem Vitâ docet Plu-
 tarchus, Macedonas *Loum* mensem ap-
 pellavisse eum, qui Atheniensibus erat
Hecatombaon: mensēque *Desio* superatas
 ab eis ad Granicum fuisse Regis Per-
 sarum copias: quod mense Athenien-
 sium *Thargelione* factum, confirmat idem
 in Camillo. Quum enim Darii duces in
 tra-

C A P. I. *Asianorum anno Solari.*

trajectu Granici fluvii ingentem suam
 aciem instruxissent ; à quibusdam Alexan-
 dro, ne * cum illis congregaretur, re-

* Non
 cum The-
 banis. ut,
 fallente
 cum me-
 moria, ad
 annum
 Mundi
 3665. Ia-
 cobus Cap-
 pillus tra-
 didit.

Δαίσιον γὰρ ἐκ εἰσώθεισαν οἱ βασιλεῖς ἔ-
 Μακεδόνων ἐξάγειν ἔσρατιαν. Mense enim
 Dasio non erat moris regum Macedonum
 educere exercitum. Quod correxit ille,

κελύεσας δεύτερον Ἀρτεμισίον ἄγειν, edicens
 ut secundum agerent Artemisium. Mensis
 verò Thargelionis die sexto (qui, juxta
 nostrum calculum, in Julianæ Periodi
 anno 4380. Maii 20 fuit) pugnam illam
 commissam fuisse ; ex illis Æliani, in
 II. Variæ historiæ libro cap. XXV. col-
 ligimus. Πέρσαι ἡ ἠπὴθησαν τῇ ἡμέρᾳ ταύ-
 τη, Persæ hoc die clade affecti sunt. Et
 πρὸς: Ἀλέξανδρον δὲ ἔ Μακεδονα, τὸν
 Φιλίππου παῖδα, τὰς πολλὰς μυριάδας τὰς
 τῶν βαρβάρων φθειρεῖν, αὐτὸν λέγουσιν ἕκτη
 ἡσπαμένε (ὅτε καὶ Δαρεῖον κατεῖλεν Ἀλέξανδρος)
 καὶ ὁμολογοῦσι ἔ αὐτῷ μηνὸς πάντη. Alexan-
 drum verò Macedonem, Philippi filium,
 multas Barbarorum myriadas fudisse dicunt
 die sexto (quando & Darium prostravit
 Alexander :) & de eodem mense magnus
 omnium est consensus. Ut enim ad men-
 sem Thargelionem, de quo institutus ab eo
 fuerat sermo, ita ad primam hanc à
 Persis reportatam victoriam, referenda

ista

ista esse dubitare non possumus; si prælium ad *Issum* mense *Mamacterione*, ad *Gaugamela* mense *Boëdromione* fuisse factum, ipsūque tandem *Darium* mense *Hecatombaone* cæsum à *Bessō* fuisse, meminimus. Sed & ad eundem sextum ejusdem *Thargelionis* mensis diem, *Alexandri* quoque mortem referri, *Ælianus* subjicit: quam sub fine *Macedonici Dæsi* contigisse, ex *Diariis Regiis* & *Aristobulo*, suo in loco declarabimus.

Ex quibus inter se collatis liquet, in *Philippi* quidem litteris *Loum* *Macedonicum Boëdromioni* Attico respondisse; succedente verò tempore, *Macedonicum Loum* in *Hecatombaonem*, ac *Dæsum* in *Thargelionem* incurrisse: & quod inde est consequens, in universi anni dispositione hanc inter priores & posteriores menses intercessisse differentiam.

M E N S E S,

Lunares
Attici.Lunares
veteresSolares novi
Macedonici.

Pyanepsion.	Gorpiaus.	Dius.	} Autumnales.
Mamacterion.	Hyperberetaus.	Apellaus.	
Posideon.	Dius.	Audynaus	

Gamelion.	Apellaus.	Peritius.	} Brumales.
Anthesterion.	Andynaus.	Dystrus.	
Elaphebolion.	Peritius.	Xanthicus	

Munichion.	Dystrus.	Artemisius.	} Vernales.
Thargelion.	Xanthicus.	Dæsius.	
Scirrhophoriõ.	Artemisius.	Panemus.	

Hecatombaon.	Dæsius.	Lous.	} Æstivi.
Metaginion.	Panemus.	Gorpiaus.	
Boëdromion.	Lous.	Hyperberetaus.	

Inter Olympiadis igitur CVIII. annum secundum, quo scriptæ à Philippo ad Peloponnesios sunt literæ, (vel illius Olympiadis primum, si in eo finem bello Phocico Philippus fecerit, ut in libri X. initio tradidit Pausanias) & CXI. secundum, quo ad Granicum à filio ejus

ejus cum Persis est pugnatum; Macedones Lunares suos menses in Solares commutârunt: quos & deinceps retinuerunt, eo quo proposuimus modo, Lunaribus Atheniensium aliquâ sui parte respondentes. Neq; ut ab hoc recedamus, aliquid nos movet ἐπιγραφὴ illa, quæ apud Josephum (libro XIII. Antiquit. cap. XVI.) Atheniensium Decreto, in gratiam Hyrcani Judæorum Pontificis & Ethnarchæ edito, præfixa cernitur. Ἐπὶ πρυτανείας καὶ ἱερέως Διονυσίου τοῦ Ἀσκληπιάδου, μὲν δὲ Πανέμῳ τέμπε ἀπίοντι, ἐπεδέθη τοῖς στρατηγοῖς ψήφισμα Ἀθωαίων, ἐπὶ Ἀγαθοκλέους ἀρχοντι. Εὐκλῆς Μενάνδρου Ἀλιμύσιου ἐγραμμάτευε, Μυνυχιῶν ἐνδεκάτη τῆς πρυτανείας, ἐκκλησίας γενομένης ἐν τῷ δεατέρῳ τῶν περὶ τῶν. Sub judice & Sacerdote Dionysio filio Asclepiadis, mensis Panemi desinentis die quinto, traditum est Ducibus Decretum Atheniensium, archonte Agathocle. Eucles Menandri Alimusius scriba retulit, Munychionis undecimo die Prytania, habito Præsidium Concilio in theatro. Unde nonnulli, Panemi Macedonici diem XXVI. sive quintum desinentis, cum Munychionis Attici die XI. concurrisse colligunt. Verum, quemadmodum in Codice, Constitutionibus Imperatoriis mensium notationes diver-

sas

fas videmus appositas (ut alia, exempli gratiâ, dicatur *c* *Data XV. Kalend. Jul. Theſſalonica*; item rursus *Constantinop. XIII. Kalend. Januar*, alia, *d* *Data Idibus Aug. Arelato*; *proposita Idib. Octob. Thebeſte*. alia, *e* *Data ſimul & proposita Kalend. Jul.*) ita nihil obſtat, quo minus & Athenienſium hoc Pſephiſma ſcriptum quidem *Munychionis XI. Ducibus* verò poſteà *XXVI. Panemi die fuiſſe* traditum, exiſtimemus.

cl. Quicunque rem C. de litigioſis. d l. Ex illo C. de Appellationib. e l. Si poſt Teſtam C. de poſthumis hæred.

Ut verò Athenienſes, à neomeniâ Solſtitium Æſtivum proximè ſubſequentē, primum menſem Lunarem, ita Macedones ab Autumnali Æquinocſio primum menſem Solarem deduxerunt, à *Dío* annum ſuum inchoantes, & cum *Hyperberetao* terminantes. *Παρεὶ γὰρ Μακεδόσιν ὁ τελευταῖος μῶν τῷ ἐνιαυτῷ Ὑπερβερεταῖος ἀνεγράφη* Apud Macedones enim ultimus anni menſis *Hyperberetaus* deſcriptus eſt: inquit Zenobius in Proverb. Centur. VI. num. 30. ubi *ὑπερβερεταῖος* appellationem *ἐπὶ τῶν ὑπερχερίων*, de intempſtivis & cunctatoribus, proverbialiter uſurpari oſtendit. Solares autem fuiſſe novos hoſce Macedonum menſes, & ad Solis ingreſſum in ſigna cœleſtia adaptatos; partim ex veteribus Indicu-

f Vid. ſin. ca. 4. & init. 5.

do-

dodecatemiorum nomina hisce mensibus reperiuntur imposita: partim ex Galeni primo ad primum Epidemiorum Hippocratis librum Commentario; in quo, civilium mensium nominibus retentis, ab Autumnali æquinoctio *Διῦ*, à Brumali solstitio *Περῖτι*, à Vernali æquinoctio *Ἀρτεμισίῳ*, & ab Æstivo solstitio *Λοῖ* principium ille repetit. Verba, quia emendatione indigent, adscribam integra.

Ἐὰν προσμάθῃτὸ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς Διῦ μηνὸς καὶ Φθινοπώρου γίνεσθαι ἰσημερίαν, εἴσεται τὴν μετὰ χειμεινὴν τροπὴν ὡς μετὰ πέντε μῆνας ἑσομένην ἐν ἀρχῇ τῆς καθ' ἑαυτὸν περαστος μηνὸς, vel potius, τῆς καθ' ἑνιαυτὸν Περῖτιν μηνὸς (τῆς γὰρ σημαίνει κατὰ Μακεδόνων τὴν δὲ ἑαεινὴν ἰσημερίαν Ἀρτεμισίῳ, κατὰ περὶ γῆ καὶ τῆς θεινῶ (τροπῶ) τῆς Λοῦ. Κατὰ γὰρ τὰς ἀρχὰς τῶν εἰρημένων μηνῶν αἱ τ' ἰσημερίαι καὶ αἱ τροπαὶ γίνονται, κατὰ Μακεδόνων ἀεθμύτων τε καὶ ὀνομαζόντων τὸς μῶνας. Ὁ τοίνυν ταῦτα μαθὼν, εἰ προσπιμάθῃ, τὸν μὲν Ἀρκτῶρον ἐπιτέκοντα πρὸ ἡμερῶν ὡς δώδεκα τῆς Φθινοπωρινῆς ἰσημερίας, Πλειάδας δὲ δυομένας ὡς μετὰ πενήτηκοντα, γνώσεται πῶς τῆς καθ' ἑκάστον αὐτὸν (lege ἑνιαυτὸν) μηνὸς ἑκάτερον τῶν ἄστρον ἰπιτέλλει. παρεφύλαξαι τε, βεβλόμενος ἀκολουθεῖν Ἰππνκράτει, τὴν μεταβολὴν τῆς περὶ τὸν ἀέρος κράσεως,

κράσιως, ὅποι' α' τις ἐγέρετο Si quis didicerit, in principium mensis Dii autumnale incidere equinoctium; intelliget, brumale quidem solstitium post tres circiter menses futurum, ineunte quotannis mense Peritio, (nam hoc nomine denotatur apud Macedonas) vernum verò equinoctium Artemisio, sicut & estivum solstitium Loo. Nam circa initia dictorum mensium equinoctia & solstitia contingunt iis qui, secundum Macedonas, menses numeraverint & nominaverint. Hac qui perceperit, si ante autumnale equinoctium duodecim circiter diebus oriri Arcturum insuper didicerit, vergilias verò post dies circiter quinquaginta occidere: sciet, quoto mensis cujusque anni die utrumque sidus exoriat; observabitque si sequi Hippocratem velit, cujusmodi acciderit aëri temperamenti mutatio.

Admonitionem deinde hanc Galenus subjicit. Χρη' δὲ δηλονότι τὴς μῶας πρὸς σελήνην ἀριθμεῖσθαι καθάπερ ἐν ταῖς πλείσταις νῦν τῶν Ἑλληνιστῶν πόλεων, ἀλλὰ πρὸς Ἥλιον (ὡς) καὶ ἐν ἀπάσαις τε τῶν ἀρχαίων (lego, Ασικωνῶν,) καὶ ἐν πολλαῖς τῶν ἰθιῶν ἀριθμεῖται. Caterum non sunt ad Lunam menses numerandi, quod multis jam Græciæ civitatibus est solenne: sed ad Solem, ut & in Asianorum omnibus, & in

gentium compluribus civitatibus numerantur. Tum, de mensibus Romanorum Solaribus & Lunaribus Palæstinorum aliis interjectis, demùm concludit, ab his qui Lunares sequuntur rationes præstari hoc non posse, sed ab eis qui ad Solem annum suum agunt; ὅσπερ ἔφλω ὑπό τε Παρμαίων, καὶ Μακεδόνων Ἀσια- γῶν τε τῶν ἡμετέρων, καὶ πολλῶν ἄλλων ἔθνων. id quod à Romanis dixi, & Macedonibus nostratibusque Asiaticis, & verò etiam aliis nationibus observari non paucis: quemadmodum Hermannus Cruferius locum reddidit. Unde apparet, & veram fuisse emendationem nostram, quâ Ἀσιαγῶν pro ἀρχαίων substituímus; &, ex Galeni (qui hoc ignorare non potuit) sententiâ, non solum à Macedonibus Solares annos fuisse receptos, sed etiam ab Asianorum suorum civitatibus omnibus. sive eo nomine Asiæ propriè dictæ (quod vero est similis) universas, sive Lydiacæ solum in eâ Asiæ urbes intelligat, intra Lydiæ Mediterraneæ & littoralis (hoc est, Joniæ & Æolidis) terminos comprehensas.

Quare autem Galenus Macedonum menses exempli gratiâ, potiùs quàm Romanorum, penes quos eo tempore erat Imperium, proponendos censuerit: ea cau-

causa videtur fuisse potissima, quod à Pergamenis suis, non universi solum Macedonici anni rationem (uti à reliquis Asianis omnibus) sed eandem etiam singularorum mensium appellationem retentam fuisse animadverteret. Neque enim omnes qui in Asiâ (sive majore sive minore, sive propriè dictâ sive Lydiacâ) novam hanc Solaris anni formam receperunt, illos à Galeno memoratos menses ab æquinoctiis & solstitiis similiter deducendos censuerunt. Nam ut aliqui ordinem, ab Europæis Macedonibus receptum, intactum illibatamque conservaverunt: ita non defuerunt alii, qui commune ab autumno initium, & reliquam Macedonici anni dispositionem sic retinuerunt; ut primum tamen suum mensem postremi Macedonum *Hyperberetæi* nominè, cæterósque deinceps antecedentis cujusque Macedonici mensis appellatione designarent. Quod in honorem primæ illius ad Granicum de Persis partæ victoriæ, quæ viam Macedonibus in universam Asiam patefecerat, observatum credibile est. Post hanc enim victoriam, *majorem partem Asia* (propriè dictâ) *defecisse ad Alexandrum*, ex Trogo, libro XI. narrat Justinus: indidémque Darii eversionem non solum Ælianus, sed e-

tiam Strabo arcessit, in fine libri XVI. ita de eo scribens. Τῶτον δὲ καταλύσας ὁ Ἀλέξανδρος, αὐτὸς ἕξτε δέκα ἢ ἑνδεκά ἔτη. Hunc autem evertens Alexander, per decem vel undecim annos imperavit ipse. Inter hoc enim prælium & excessum Alexandri, justum undecim annorum postum est interstitium: intra quod, & quidem non totorum decem annorum spatio, (ut in Cæsaribus scribit Julianus) tum Persas tum Indos imperio suo ille subjugavit. Sicut igitur, quum primaria illa ad Granicum cum Persarum copiis facta est congressio, qui in Macedoniâ erat *Darius*, Alexandri jussu (ut audivimus) in Asiâ dictus est *Artemisius*: ita, ad futuram tantæ victoriæ memoriam, in compluribus novorum coloniarum civitatibus usu receptum fuisse videtur ut, *Hyperberetæi* postremi mensis nomine ad primum designandum traducto, circumeunte quoque anno Macedonum eâ ratione *Darius* perpetuo *Artemisii* gauderet nomine.

Id in propriè dictâ Asiâ à *Smyrneus* factum fuisse, ex *g Actis Polycarpi* colligo; quæ *Smyrnæ* passum eum fuisse narrant, *mensis Xanthici die secundo, septimo Kalendas Aprilis, in magno Sabbato*: id est, sub Solis in Arietem ingressum

g vid. infrâ, c. 2.

sum; nequiquam verò in Pisces, ut in Xanthico fieri solet Macedonico, quum in eâdem tamen Asiâ ab *Ephesiis* & *Pergamenis* Macedonum Europæorum nomenclaturam retentam hîc fuisse, inde animadverterim; quòd illorum *Peritium* in antiquis ^h schedis D. Henrici Savilii ^h *Infrâ.* cum *Januario*, horum *Hyperberetaum* à ^{cap. 4.} Galeno cum *Septembri* Romanorum conferri viderem. Galeni in libro III. de sanitate tuendâ cap. VIII. de Abiete verba hæc sunt. Ἐστὶ μετὰ ἀργιότατον τῆ αὐτῆς τὸ σπέρμα περὶ τὴν ἐπιτολὴν τῆ Ἀρκτῆρας ὄσης καιρὸς ἐν Ῥωμῇ μετὰ ὁ καλῆ-
 μενος μὲν Σεπτέμβριος ἐστίν, ἐν Περγᾶμα δὲ παρ' ἡμῖν Ἱπερβερεταῖος, Ἀθῆνῃσι δὲ Μυστήρια. Est igitur ejus pulcherrimum (vel, maxime maturum) semen circa *Arcturi* emersum: quo tempore, Romæ quidem *September* vocatus mensis est, apud nos verò *Pergami Hyperberetaus*, *Athenis autem Mysteria*. Duodecim verò circitèr diebus ante Autumnale æquinoctium, & initium primi Macedonum mensis *Dii*, *Arcturum* oriri, ex eodem Galeno jam antea audivimus. Unde consequitur, postremum Macedonum simul & *Pergamenorum* mensem fuisse *Hyperberetaum*: cui in superiori Indiculo *Boëdromionem Atticum* videmus appositum; in quo magna

illa Eleufinia *Mysteria* ab Athenienfibus celebrari fuiſſe folita, cum ex aliis, tum ex Plutarcho in Alexandri, Camilli & Phocionis vitis intelligimus.

Eundem Macedonicorum, & Pergamenorum menſium conſenſum Oribafius quoque confirmat, Juliani τῷ παρῆβατῷ Medicus: Pergamenus & ipſe, quemadmodum in ejus Vitâ docet Eunapius;

i Philo-
ſtorg. Hi-
ſtor Ec-
cleſiaſtic.
l. 7. ſin.

k Galen.
Com-
ment. 1.
in l. 1. E-
pilemi-
or.
Hippo-
crat.

non *Sardianus*, ut à Philoſtorgio, cum-
que ſecuto. Suidâ, habetur traditum. Ille
enim, libro IX. Collect. Medicin. cap.
VIII. quum dixiſſet, quod totidem ver-
bis ante ipſum k Galenus dixerat;

Ἡμε-
τὰ γὰρ ἰσημερινὰ κοσμικὸν π πρᾶγμα ἐſτὶ,
οἱ δὲ μῆνες ἐπιχώριοι καθ' ἕκαστον ἔθνος:
(*Eſt enim Equinoctiū mundana quedam res,*
Menses verò uniuſcujuſque gentis propri:)

de ſuo ſtatim ſubjicit. Μηνὸς Λωβῶφθίνου-
τος πέμπτῃ δ' ἂν ἀνατέλλοντος ἡλίου, ὁ Κίτων
ἐπιτέλλειν παρ' ἡμῶν ἐν Περγᾶμῳ πεπίσει.
Εγὼ δὲ εὖρον ἔκ πνος μεθόδῳ μετὰ δε-
κάτιο ἡμέρῳ τ' προδεσμίας ταύτης. Men-
ſis Loi deſinentis quintâ (ſive, die XXVI.)
oriēte Sole, Canem exoriri apud nos Per-
gami creditur. Ego verò methodo quâdam
poſt decimam ab hâc præſcriptione diem id
fieri comperi. Menſis Loi πέμπτῃ φθίνου-
τος (quod VI. Kalendas Loi, peſſimè
hîc reddidit Latinus interpres) in Ephe-
me

meride Dissertationi huic annexâ, Julii
 Juliani dies XX. respondere cernitur:
 quò & Canis ἐπιτολίω à Diophane Bi-
 thyno, in libris de re Rusticâ quos De-
 jotaro regi misit, ¹ relatam notavimus,
 in Geoponicorum libro I. cap. VIII. re-
 ferri videmus. Oribasius verò, ex me-
 thodo à Galeno superius præscriptâ (un-
 de & illum de Æquinoctio & Mensibus
 ἐπιχαρίσις locum desumpserat) post deci-
 mum abhinc diem eam fieri collegit. In
 Loi enim Macedonici initium Solstitium
 æstivum incidisse, Galenus ibi docuerat.
 Post Solstitium verò illud *triginta* cir-
 citè diebus Caniculæ exortum contin-
 gere, ab m Hipparcho Bithyno est tra-
 ditum: in Rhodio nimirum climate;
 quemadmodum à Gemîno etiam, in XV.
 Isagoges suæ capite, est annotatum. At-
 que hinc, non ad Julii diem XX. eique
 respondentem XXVI. Loi Pergameni
 æquè ac Macedonici, sed ad Julii XXX.
 vel xxxi. Heliacus Canis ortum fuisse
 referendum Oribasius concluderat.

Septembris Juliani proleptici dies
 xxiv. omnibus qui Macedonicam for-
 mam receperant commune erat anni prin-
 cipium: cum quo & Syri Antiocheni,
 ante anni rationem à Julio Cæsare con-
 stitutam, eorùmque postea exemplo Ro-

¹ Constan-
 t n. Geo-
 pon. l. I.
 c. 8.

m Hip-
 parchi in
 Arati
 Phæno-
 men. pag.
 26. edit.
 Floren-
 tin.

manorum Imperatores, *Indictionum* circulum inchoarunt. Sed primum suum mensem, Macedonum Europæorum more, Antiocheni (ut Ephesii & Pergameni) *Dium* nominaverunt; quem Syromacedonum alii (cum Smyrnæis) *Hyperberetaum* appellare maluerunt. Quod de Antiochenis, ex Juliani Misopogone colligimus, qui *decimum* eorum mensem *Loium* fuisse indicat: de cæteris, ex Euthalio Diacono (sive quis alius scriptor a Martyrii B. Pauli fuerit, anno domini CCCXCVI. exarati) qui capite truncatum Paulum Apostolum fuisse tradit, *πέμπτη ἡμέρα κατὰ Συρομακεδονας Πανέμου μηνός, ὅστις λέγεται παρ' Αἰγυπτίοις Ἐπιφί, παρὰ Ρωμαίοις τῆ πρὸς τριῶν καλανδῶν Ἰουλίου, μηνὶ Ἰουνίου κθ.* quinto die juxta Syromacedones Panemi mensis, qui apud Ægyptios dici potest Epiphi; apud Romanos vero tertio Kalendarum Julii, nempe vicesimo nono mensis Junii. initio Syromacedonici Panemi in xxv. die Junii posito.

Ubi tamen & illud tenendum, tum Antiochenos, tum reliquos etiam Syros atque Palæstinos, sub Romanorum imperio viventes, præter menses suos proprios etiam Julianos usurpasse; sed nominibus ad Syromacedonum, non ad Macedonum Europæorum, menses proxime

n Præfix.
Oecumene-
nii scho-
liis in A-
cta Apo-
stol.

mè conformatis expressisse. Quum enim à XXV. Augusti die, hi quidem *Hyperberetæum*, illi verò *Gorpiæum* suum inchoarent, Septembri Juliano *Gorpiæi* nomen est adaptatum, eadèmq; in cæteris servata ratio: ut in Josephi de Bello Judaico libris posterioribus. Anatolii Laodicensis episcopi ° Canone Paschali, Concilii Antiocheni (anno CCCXLI. habiti) XX. Canone, & aliis videre licet. Atquè ita, paulatim oblitteratâ Macedonici anni formâ, non apud Syros solum reliquos, sed apud ipsos etiam *Antiochenos*, ejusmodi mensium Julianorum usus est retentus. Indè XXI. Martii diem ad quem Nicænum refertur æquinoctium, κατὰ Σούρις, Ἀντιοχείας, καὶ Μακεδόνιας, *Dystri* esse XXI. in Prologo Paschalis sui laterculi, circa annum CCCLXXXVIII. Theodosio Aug. dicati, Theophilus Alexandrinus asserit: neque alios quàm hujusmodi menses cum ærâ *Antiochenâ* Johannem Malelam & Evagrium Scholasticum conjunxisse animadvertimus.

° Apud
Euseb. lib.
7. histor.
Eccles.
cap. 26.

CAP. II.

De communi mensium Macedonicorum & Asianorum, à numeris ordinalibus ductâ, denominatione : ubi & de Epiphaniâ quinto die Januarii celebratâ, Hieronymi ; & de Paschalis festivitatis tempore à Montanistis in Phrygiâ observato, Sozomeni locus illustratur.

Quomodo in propriè dictâ Asiâ, ab Ephesiis, Pergamenis & Smyrnaeis, Macedonicæ mensium appellationes retentæ fuerint, jam vidimus, Magnesiæ verò in eâdem ad Mæandrum incolæ, mense *Lenaone* cum *Smyrnaeis* fœdus ineuntes (inter Arundelliana marmora à Seldeno nostro editum) Jonicis potiùs usos se fuisse subindicant. *Jonum* enim proprium hoc fuisse vocabulum docet Proclus, ad illud Hesiodi :

Μῆνα δὲ Διναίωνα καὶ ἡμετα,
βῆδοεα πάντα.

Quum in eâdem igitur anni formâ, non eadem à Macedonibus & Asianis omnibus mensium usurparentur nomina ; ipsæque Macedonicæ mensium appellationes

nes non modò ab *Asianis*, sed etiam ab *Achivis*, *Chaldeis*, *Tyriis*, & *Gazensibus* (ut de *Julianis* mensibus ab eisdem denominatis non dicam) ad alia atque alia tempora denotanda applicatæ fuerint: consensui inter Macedones & *Asianos* omnes inducendo, & confusione (ex tantâ mensium ὁμωνυμία ortæ) devitandæ hoc excogitatum est remedium, ut à numeris, communem & ab omnibus (tam *Asianis* quàm *Macedonibus*) receptum mensium ordinem experimentibus, iidem denominarentur; à primo autumnali mense ducto numerationis principio. Hoc enim commune fuisse non *Macedonibus* solùm (quod in capite præcedente est ostensum) sed etiam τοῖς περὶ τὸν καλυμένον Ἀσίαν, in librum V. *Physicorum* Aristotelis scribit *Simplicius*; ut circa Autumnale æquinoctium annum suum inciperent.

Hinc in *Timothei* Actis *Polycrates* (cum aliis *Sanctorum Vitis Lovanii* anno 1485. editus) ab *Ephesus* occisum eum fuisse narrat, in festivitate eorum quam vocabant *Scitagiorum* (vel *Catagogiorum* potiùs) quæ est secundùm *Asianos* quidem [quarti] mensis tricesimâ, secundùm *Romanos* autem mensis *Januarii* xxii. die; regnante *Nervâ*. Ubi numerum mensis, qui li-
brarij

brarii negligentia exciderat. ex aliis ejusdem Timothei Actis à Petro Halloixio (in Notationibus ad cap. VII. Vitæ Polycaipi) citatis supplevimus: in quibus ita scriptum legebatur. Ἐπλειάδη δὲ ὁ ἄρχικὸς ἐνδοξὸς Ἀπόστολος, ἢ Πατριάρχης, δὲ μάρτυς τῆς Χρῆστῆς Τιμόθεου, μετὰ τρεῖς ἡμέρας τῶν καλουμένων Καταγωγίων. ἧς ἐστὶ κατὰ μετὰ Ἀσιανῶς μὲν τῆς τετάρτης τριακάδι, κατὰ δὲ Ῥωμαίων μὲν τῆς ἰανουαρίου εἰκάδι δευτέρα, βασιλεύοντος μετὰ τῆς Ῥωμαίων βασιλείας τοῦ σοφρονθέντος Νερῶα, ἀνδραπατεύοντος δὲ τῆς Ἀσίας Περεγρίνου. Obiit autem sanctus & gloriosus Apostolus & Patriarcha & Martyr Christi Timotheus, post tres dies festivitatis eorum, quæ Catagogiorum nomen obtinet; qui dies secundum Asianos mensis quarti est tricesimus, juxta Romanos autem vicesimus secundus Januarii: imperante Romanis jam dicto Nervâ, Proconsulatum verò Asia gerente Peregrino. Ex quâ collatione intelligimus, à Romani Decembris die xxxiv. Asianorum quartum mensem iniisse.

Eâdem quoque denominandorum mensium & Macedonas & Asianos usos fuisse formulâ, ex Arriano observavimus: initium navigationis, ab Indi fluvii ostiis in sinum Persicum, à Nearcho & sociis institutæ, hisce temporum characteris

mis in Indicis suis designante. Ὡς ἢ τὰ
 ἐτήσια πνύματα ἐνοικύθη (ἀ δὴ τῷ Θέρεος
 πλὴν ὄρω πᾶσαν κατέχει, ἐν τῷ πελάγῳ
 ἐπιπνέοντα ἐπὶ πλὴν γῆν, καὶ παύτη ἄπορον ἢ
 πλὴν ποίοντα) τότε δὴ ὄρωλωτο, ἐπὶ
 ἄρχοντας Ἀθήνησι Κηφισοδῶρα, εἰκάδι τῷ
 Βοηδρομιῶνος μηνός, καθότι Ἀθηναῖοι
 ἄρχον, ὡς ἢ Μακεδόνες τε καὶ Ἀσιανοί,
 * * τὸ ἐνδέκατον βασιλεύοντα, Αλεξάνδρα.

Ut autem Etesii venti cessarunt (qui aestatis
 totam tempestatem occupabant, * ex mari
 in terram spirantes) tum verò properè sol-
 verunt, archonte Athenis Cephisodoro, die
 vicesimo mensis Boëdromionis, quemadmo-
 dum Athenienses agunt tempora, ut autem
 Macedones & Asiani, * * undecimo ex
 quo Alexander regnabat anno. Ubi tamen
 in archontis Atheniensis nomine erro-
 rem esse commissum, certum est. Cùm
 enim, Alexandro vivente, & cœptam
 & peractam fuisse navalem istam expedi-
 tionem constet: non ante proximum
 post obitum illius annum, in archontum
 ἐπανύμων Catalogo Cephisodorus locum
 aliquem obtinet.

Scribit autem Nearchus ipse (Strabone,
 in libro 15. Geographiæ suæ, re-
 ferente) ἤδη τῷ βασιλεως τελῶντα πλὴν
 ἑδὼν, αὐτὸν μετὰ ἄρα κατὰ Πλειάδα ἐπι-
 τολῶν ἐσπερίαν ἀρξασθαι τῷ πλῆ, κήπω
 μετὰ

* Vid.
 eund. A-
 rian. de
 reb. A-
 lexandri,
 p. 137. e-
 dit. Græ-
 co-Latin.

κατὰ τῶν πνευμάτων οὐρανίων ὄντων: Alexandro rege iter jam peragente, se in autumno sub Vesperinum Pleiadum exortum navigationem cepisse, cum nondum apertenti spirarent. Jam, si Ephemeridem nostram consulas; ad mensis primi (Asiani æquè ac Macedonici) octavum, & Octobris Juliani diem primum, ex Gemini Parapegmate, videbis annotatum, Euctemoni vespertinas apparere Pleiades: cum quibus diebus & Attici Boëdromionis *βικαία*, Olympiadis CXIII. anno 3. concurrisse invenimus. In anni enim illius Olympiadici Boëdromione & Dio, iniisse regni Alexandri Macedonici annum undecimum; ex iis quæ de Alexandri Temporibus alibi à nobis sunt disputata, intelligitur. Jam verò quum illo in loco, quem mutilum esse, asteriscis appositis indicavimus; τὴν Α μὴνὸς ὀγδοῆν ἰσομέγεθος scripsisset Arrianus: librarius primam illam alphabeti literam numeralem esse nesciens, & num Apellæum, an Audynæum, an Artemisium ea significaret, Ignorans, totum hoc comma, ut minimè à se intellectum, negligendum putavit. Hæc certè de lacunâ istâ conjectura mea fuit: quam prudentiorum Criticorum calculo, vel probandam vel improbandam, lubens relinquo.

In tomo quinto Operum Chrystostomi

mi, nunquam fatis laudatæ editionis D. Henrici Savilii, inter sermones Panegyricos dubiæ fidei, habentur in *Pascha* orationes septem: quarum postrema tamen *oçtava* titulum præfert, non solum in Gabrielis archiepiscopi Philadelphia, quo ille usus est, MS^o. sed etiam in Barocianæ Bibliothecæ (ad Bodleianam nunc translata) altero; quomodo & à Theodoro Balsamone citatam notavimus, in commentariis ad septimum Apostolorum canonem huc nos ita remittente. Ζήτην κὶ τὸ ἄ λόγον τῶ ἐν ἀγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Χρυσοστόμου, ὃν συνεγράψατο εἰς τὸ Πάσχα. *Quere etiam octavam orationem sancti Patris nostri Joannis Chrysostomi, quam scripsit in Pascha.* In nostris enim codicibus penultima videtur desiderari oratio; cujus, in ultimæ principio, non obscuram factam mentionem licebit animadvertere.

In postremâ verò hâc homiliâ, *Theophania* peragi refert author, ἡμέρα ἀρισμένη, τρισηκαιοῦ ἀτηπτάρι μιλῶς κατ' Ἀσιανός, *die certâ & definitâ; decimâ tertiâ nimirum quarti mensis, secundum Asianos.* A vicefimo quarto verò (ut jam audivimus) Decembris die incipiebat *quartus* Asianorum mensis, maximâ sui parte Romano Januario ref-

pon-

pondens: *cujus die quinto Theophania apud illos celebrata fuisse, hinc colligimus; non, ut apud alios, die sexto. Quod Hieronymi loco lucem non modicam præfert in Commentariis ad cap. I. Ezechielis: ubi tempus visioni illus, anno tricesimo, die quinto quarti mensis exhibitæ, ad Christum, anno ætatis tricesimo in Theophaniis vel Epiphaniis baptizatum, ita per anagogeum accommodat. Illud intelligendum, quod in tricesimo ætatis sue anno Dominus ad baptismum venerit: in quarto mense, qui apud nos vocatur Januarius, & est in anni primus exordio; præter Nisan mensem novorum, in quo Pascha celebratur. Apud Orientales enim populos, post collectionem frugum & torcularia, quando decima deferebantur in templum, October erat primus mensis, & Januarius quartus. Quintam autem diem mensis adjungit, ut significet baptismum, in quo aperti sunt Christo cæli, & Epiphaniarum dies hucusque venerabilis est (non, ut quidam putant, Natalis in carne: tunc enim absconditus est, & non apparuit) quod huic tempori congruit, quando dictum est; Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.*

De Montanistarum quoque hæresi, in Asia propriè dictæ regione Phrygiâ com-

morantium, Paschalis nostræ homiliæ author (qui & ipse Asianus fuisse videtur) verba faciens; *πρωταρεσκαιδεκάτην*, inquit, *μηνος τῆς πρώτης φυλάξης. τῆς ἐστὶ, μηνος ἐβδόμου κατ' Ἀσianός, ἢ τισσαρεσκαιδεκάτην καὶ σελήνης.* Decimam quartam primi mensis observat, hoc est, mensis secundum Asianos septimi, non decimam quartam Lunæ. De Paschatis celebratione loquitur: in quâ *τῆς πρωταρεσκαιδεκάτην ἀπὸ τῆς ἡλιακοῦ μηνος, ἢ ἀπὸ τῆς σεληνιακῆς. ἀ Solari mense* (qui Asianis in usu) non à Lunari quartam decimam suam desumpsisse istos narrat. Quod ipsum pluribus, in Ecclesiastica sua historiarum libro VI I. cap. 18. Sozomenus hunc in modum explicat.

Μουταυταί, οὗς Πετραζίτας καὶ Φρύγας ὀνομάζουσι, ξένω πνὴ μίθουδον εἰσαγαγόντες, κατὰ ταύτην τὸ Παχα ἄγουσι τοῖς. μετὰ γὰρ ἐπὶ τούτῳ τὸν τῆς σελήνης δρόμον πολυπραγμονοῦσι καταμέμφοι. Φασὶ δὲ χριῶς μένοις τοῖς ἡλιακοῖς ἐπισθαι κύκλοις τοὺς ὀρθῶς ταῦτα κανονίζοντας καὶ μῶσα μετὰ ἕκαστον εἶναι ἡμερῶν τριάκοντα, ἄρχεσθαι δὲ πρῶτον ἀπὸ τῆς ἰαρινῆς ἰσημερίας ἢ ῥηθείῃ ἂν κατὰ Ῥωμαίους, πρὸ ἐννεα καλαιδῶν Ἀπειλλίων ἐπιδή, φασίν, οἱ δύο φωστῆρες τὸτὶ ἐγένοντο, οἷς οἱ χερόνοι ἐνιαυτοὶ δηλῶνται καὶ τούτο δείκνυται, τῶν τῆς σελήνης διὰ ὀκταετηρίδων τῆς ἡλίου συνιέναι, καὶ ἀμφοῖν κατὰ

* Inclusa hæ, in Genevensi editione Græco-Latinâ, Typographi negligentia, desiderantur.

a Alioqui. Ita vetus interpres, Epiphanius Scholasticus; in Histor. tripartit. l. 9 c. 39. ex quo, inclusas istas particulas interposuimus; quas & ipse sensus necessariò postulabat.

ταυτὸν νηρηϊαν συμβαίνειν. καθὼς ἡ ὀκταετηρίς τῆ σεληνιακοῦ δρόμου πληροῦται ἐννέα ἢ * (ἐνεήκοντα μηνὸν ἡμερῶν ἢ διασχίλας ἢ ἑνακοσίας εἴκοσι δύο) ἐν αἷς ὁ ἥλιος τὴν ὀκτὰ δρόμου ἀνέι, λογιζομένων ἐκάστῃ ἔτη τριακοσίων ἐξήκοντα (πέντε) ἡμερῶν, καὶ προσέτι τετάρτη ἡμέρας μιᾶς. Ἀπὸ ἐννέα καλανδῶν Ἀπριλίαν, ὡς ἀρχῆς ἔσης κτίσεως, ἡλικὴ ἢ πρώτη μηνὸς ἀναλογίζοντας τὴν εἰρημένην τῆς ἑσθῆς γραφῆς τεσσαρεσκαίδεκαταίαν. καὶ ταύτην εἶ λέγεται ἢ πρὸ ὀκτὰ ἰδῶν Ἀπριλίαν, καθ' ἡμῶν αἰεὶ τὸ Πάσχα ἄγνισιν εἰ συμβαίη, ἢ τὴν ἀναστάσιμον αὐτῆ συνδεσμεῖν ἡμέραν. α (εἰ ἢ μὴ,) ἐπὶ τῇ ἐχομένῃ Κυριακῇ ἑορταίεσσι. γέγραπται γάρ, φησιν, ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκάτης μέχρι εἰκοσῆς πρώτης.

Montanista, quos Pepuzitas & Phrygas appellant, peregrinam quandam rationem commenti sunt, secundum quam Pascha celebrant, siquidem eos, qui in hoc negotio Luna cursum curiosè observant, reprehendunt: ac dicunt solos esse Solares circulos iis sequendos, qui ista rectè ordinare volunt. Et menses quidem singulos esse triginta dierum statuunt: incipere autem diem primam ab æquinotio verno, quæ Romanorum more dicatur nona Kalendas Aprilis: quandoquidem, inquit, duo ista Luminaria tum creata sunt, quibus & tempora

pora & anni declararentur. Idque eo demonstratur, quod Luna elapso unoquoque octennio cum Sole jungatur; & utrisque eodem tempore, novilunium (sive novi mensis principium) contingat. Si quidem octennii spatium in cursu Lunari nonaginta novem mensibus, diebus verò bis mille nongentis viginti duabus completur: intra quas Sol octo cursus absolvit, destinatis unicuique anno diebus trecentis sexaginta [quinque,] cum quartâ insuper unius diei parte. Etenim à nonâ Kalendas Aprilis, ut ab exordio creationis Solis ac primi mensis, supputant memoratam in sacris literis decimam quartam diem: & hanc esse dicunt octavam Idus Aprilis, in quâ Pascha perpetuò celebrant; si cum hâc die dies resurrectionis fortè concurrat. Alioqui sequenti Dominicâ festum peragunt. Scriptum est enim, inquit, *Exod. 12: 18.* A decimaquartâ die usq; ad vicesimam primam.

In quâ narratione duo mihi videntur ab ipso Sozomeno commissâ fuisse errata: atque ut ea sibi consentanea redderentur, à librariis admissâ fuisse totidem alia. Unum quidem, quod Phryges sive Pepuzitæ isti (à Phrygia vico Pepuzâ ita denominati) menses singulos triginta dierum numero definiverint: quum Asianorum mensium, utpote Solarium, alii xxx. fuerint dierum, alii xxxi. ut in sequente capite vi-

debimus. Quandoquidem verò menses duodecim *τριακονδήμεροι* 360. tantùm dies conficiebant, numerum *αέντς* superadditum temerarii correctores subduxerunt: quem tamen & Nicephorus (in XI. Ecclesiasticæ suæ historiæ libro, cap. 32. ex Sozomeno sua mutuatus) disertè expressit, & *quadrantis* diei subjecta mentio, totusque *Octaëteridis* epilogismus, adjiciendum necessariò flagitat. Dies enim *Octaëteridis* 2922. in annos octo distributi, unius anni quantitatem, dierum 365 $\frac{1}{4}$. relinquunt.

Alter Sozomeni videtur fuisse error, quòd *decimum quartum* diem mensis Paschalis Montanistarum (quem *decimum quartum septimi Asianorum mensis* fuisse, ex Paschali homiliâ jam audivimus) cum *Octavo Id. Aprilis* comparaverit; *octavo* (dierum ratione negligentius fortassè subductâ) posito pro *septimo*. Et ut calculus iste sibi constaret, primum Paschalis illius mensis diem in *nonum Kalend. Aprilis* à correctoribus fuisse transformatum, vel inde non levis oritur suspicio, quod *octavum Kalend. Aprilis*, in Tripartitæ historiæ libro IX. capite 39. retentum hîc videamus ab Epiphanio Scholastico, vetustissimo Sozomeni Latino interprete.

Etsi

Et si enim, quarto quoque anno (ut videbimus) propter diversum diei intercalaris in utroque anno situm, septimi sive Paschalis Asianorum mensis Kalendæ in *nonum Kalend. Aprilis* Juliani anni incidere: cum *octavo* tamen (ut, ex Actis Polycarpi, in sequente capite, docebitur) ordinariè concurrebat; quo & æquinoctium & principium Mundi contigisse, Cæsarensis Synodi sub Theophilo habitæ Episcopi (si qua fides vulgatis illius Concilii Actis sit adhibenda) definiverunt, ad quod comprobandum importuna illa *Octaëteridis* descriptio à Sozomeno huc est inducta. Phryx nimirum iste, à quo is hæc acceperat, quum in VIIII. vel IX. Kalend. April. novilunium fortè incurrisse animadvertisset, & nono quoque anno redeunte similem eo die ab initio Solis & Lunæ factum fuisse concursum sibi persuasisset (ratus, octo annorum periodo confectâ, exactam futuram utriusque sideris ἀποκατάστασις) hoc ut ἡμέρας πρωτοκτίσις argumentum homo imperitus arripiebat. Aliàs enim Octaëteridis, in Paschate constituendo, à Montanistis, Lunarem omnem calculum hinc abdicantibus, nullam omninò rationem fuisse habitam exploratum est.

C A P. III.

Tempus, quo passus Polycarpus & comprehensus est Pionius, ex Asiani anni ratione patefactum. Diei magni & Sabbati magni differentia explicata,

EX Smyrnensis Ecclesiæ, de Martyrio Polycarpi, epistolâ encyclicâ excerpta quædam historiæ suæ Ecclesiasticæ (lib. I I I I. κεφ. 16.) inseruit Eusebius: in quibus comprehensus ille fuisse traditur, ὄντος σαββάτου μεγάλης, cùm esset dies magni Sabbati. Juxta rationes hodierni Computi Judaici, anno Mundi 3927. die xv. mensis Adar, hoc est, æræ Christianæ CLXVII. die XXII. mensis Februarii, festum Purim cum die Sabbati concurrebat: quem idcirco magnum Sabbatum fuisse dictum scripsit, in Chronologiâ nondùm editâ, vir doctissimus Edwardus Livecius. Atque hoc die captum fuisse Polycarpum ille existimat, sequente verò passum; die nimirum XXIII. Februarii, qui in Græcorum Menologiis pro illius Natali commemorandus proponitur.

Verùm ut omittam, Judaicum istum Computum Polycarpi temporibus recentio-

tiorem esse, & in ipso Sabbato passum fuisse Martyrem, non die proximo: illud maximè huic sententiæ officit, quòd non à Judæis Martyrii hujus Acta descripta habeamus, sed ab hominibus Christianis, quibus cum festo Purim nihil erat commune, quique aliud nullum *magnum* agnoscebant Sabbatum, quàm quod Pascha proximè antecedebat. nempe vel immediatè, quod illi faciunt qui, juxta Patrum Nicænorum decretum, Pascha die Dominico semper agentes *diei Paschalis vigilia* (ut eam in epistolâ 19. ad Hieronymum Augustinus appellat) *magni Sabbati* titulum constanter tribuebant: vel diebus aliquot interdum interjectis, quod illis usu veniebat, qui eodem cum Judæis tempore Pascha celebrabant, in quamcunque hebdomadæ feriam dies ille incidisset. In quorum numero & Polycarpus ipse fuit (ut ex Irenæi ad Victorem epistolâ manifestè constat) & Smyrnenfis Ecclesia, quam ille rexit, quæque in *magno Sabbato* ipsum passum fuisse literis suis est testata.

In integræ verò Epistolæ Smyrnæorum exemplari (quod brevi, Deo volente, simul cum antiquâ Latinâ ejusdem metaphrasi, sum editurus) martyrium subiisse Polycarpus dicitur, *μὴνὸς Ζαῖθινῶ δδ-*

τέρα ἰσημένυ, πρὸς ἑπτά καλανδῶν Μαΐων, σαββάτω μεγάλῳ, ὥρα ἑγδόη. quod vetus noster Interpres reddidit: *menſe Aprilio, VII. Kalend. Maii, majore Sabbato, horâ octavâ*. Obſervaverat nimirum ille in ſcriptis Eccleſiaſticis, juxta Antiochenorum & Syromacedonum morem, *Aprili Romano Xanthicum ſemper reſpondiſſe; ideóque ſecundum menſis illius diem, quem ſeptimo Kalend. Maii reſpondere non potuiſſe noverat, in verſione ſuâ prætermittendum putavit: nec conſideravit tamen, VII. illum Kalend. Maii non modò cum ſecundo Aprilis, ſed nec cum magno Sabbato concurrere unquam potuiſſe*. Conſtantinopolitanus Chronographus, Faſtorum in Sicilia repertorum author (quos Græcè Scaliger *Cafauboniani*, Græcè & Latinè Raderus *Alexandrini* Chronici titulo evulgavit) correctiore Smyrnenſis epiſtolæ uſus exemplarii, πρὸς ἑπτά καλανδῶν Ἀπριλίων, τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ, ὥρα ἦ. Polycarpum paſſum retulit: verâ *VII. Kalendarum Aprilium* lectione nobis conſervatâ. Sed quia nec illum menſis Romani diem cum *ſecundo* Antiocheni Xanthici conciliare poterat; *μηνὸς Ξανθικοῦ δευτέρου ἰσημένυ* pariter omittendam cenſuit.

Qui Græcis author fuit in *xxiii. Februa-*

bruarii Polycarpi Natalem conjiciendi, ad Europæorum Macedonum annum, in primariâ Asiæ urbe Ephesinâ receptum, respexisse videri posset: in quo *secundus Xanthici* cum illo *Februarii* die, concurrebat. At nos *Xanthici* nomen, ab Macedonibus *sexto* Solari suo mensi impositum, Smyrnæos ad *septimum* transitulisse, eumque à *Martii* die xxv. inchoasse, in superiore capite declaravimus. Et quidem anno æræ nostræ Christianæ CLXIX. Cyclo Solis x. Dominicali literâ B. existente, terminus Paschalis Alexandrinus fuit Martii die xxix. Calippicus Mart. xxx. vel xxxi. quo & juxta hodiernum Judæorum calculum Pascha fuisset celebrandum. Sabbatum quod præcessit Lunam hanc xiv. (quâ Polycarpus cum Asianis suis Pascha agere erat solitus) in Martii diem xxvi. incurrit, hoc est in vii. *Kalendas Apriles*, quo passum fuisse Polycarpum, Constantinopolitanum jam nos docuit Chronicon.

Eodem etiam anno & die Tabulæ Periodi 84. annorum Judaicæ ab Ægidio Bucherio constructæ, Lunam Hebræorum xv. exhibent, sive primam Azymorum: quam ob hunc concursum a *is Sabbatum magnum* appellatam censet, ut illam

a Bucher.
Tractat.
de Paschali Ju-
dæor.
Cyclo, c.
8.

tempore Passionis Christi, Johan. XIX. 31. Sed (ut de Bucherianarum Tabularum fide nihil hîc dicam) notandum est, aliud apud Judæos fuisse *diem magnum*, aliud *Sabbatum magnum*. In tribus enim

b Exod. 23. 14. בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי, quibus masculi omnes quotannis comparere tenebantur coram Domino, quinque illi dies festivi, in quibus sacri jubebantur haberi conventus (primus videlicet & septimus Azymorum, dies Pentecostes, primus & octavus Tabernaculorum) ab Hebræis יוֹם שְׁבִיעִי ab Hellenistis *μεγάλοι ἡμέραι* dicebantur; sive in Sabbatum illi incidissent, sive in septimanædiem quemvis alium. Unde אַרְבָּעָה עָרָב convocationem cætus, Esaïa I. 13. Græci *μεγάλην ἡμέραν* reddiderunt. quò & Tertulliani illud spectat, in libro 5. adversus Marcionem: *Dies observatis, & menses, & tempora, & annos; & Sab-
bata, ut opinor, & cenas puras, & jeju-
nia, & dies magnos.* Ideoque in Euange-
lio suo Johannes, non solum Sabbatum, passionem Domini proximè infecutum, in *μεγάλην ἡμέραν* incidisse notat, ca. XIX. 31. sed etiam postremum festi Tabernaculorum diem, Sabbati nullâ consideratione habitâ, *ἡμέραν τῆς μεγάλης τῆς ἑορτῆς*, ca. VII. 37. similiter appellat. At בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי *Sabbatum magnum* unoquoque an-

anno recurrebat unicum; idque non cum ipsâ Paschalis agni festivitate conjunctum, sed illam antecedens proximè; de quo in tractatu *Shulchan Aruk* inscripto legimus.

שבת מולפני הפסח קרים אותו שבת הגדול *Sabbatum quod proximum est ante Pascha, Sabbatum magnum vocant.* de quo etiam

nos commonefecit in Synagogæ suæ Judaicæ capite 12. Judaicorum rituum scientissimus Johannes Buxtorfius. quorum

planè ignarus Acron, homo ethnicus,

c Horatii *tricesima Sabbata* exponens, homo Ethnicus, *Sabbatum magnum in*

renovatione Luna à Judeis hodie celebrari retulit.

cSermon,
lib. 1. Sa.
tyr. 9.

In Asianorum Martyrum Actis, quæ in unum codicem redacta olim circumferebantur, simul conjunctæ legebantur binæ Smyrnenfis Ecclesiæ epistolæ: de *Polycarpi* martyrio, cujus hactenùs meminimus, una; de *Pionii*, altera, quæ, propter omisam fortassè posterioris epistolæ *ἑσπεριόγραφω*, quum pro unâ continuatâ essent acceptæ; erroris inde data est occasio, ut eodem anno uterque martyr Smyrnæ passus fuisse existimaretur: idque imperante, vel *Decio* (sub quo Pionium vitam finiisse Acta illius docent, & quousque Polycarpum vitam non protendisse ætas ipsius evincit) ut in Menais
suis

fuis Græci volunt ; vel *M. Aurelio Antonino* (sub quo Polycarpum excessisse constat) ut , tum in Chronico , tum in Ecclesiasticâ suâ historiâ (lib. IV. *cap. 11.*) sensit Eusebius. quem (præter Pseudo-Dextrum , & Latinorum alios) Beda & Ado hîc sunt secuti , tam in Martyrologiis (ad Kalendas Februarias) quàm in Chronicis etiam suis.

Altera hæc de *Pionii* certamine Smyrnenfis Ecclesiæ epistola ab Eusebio , unâ cum aliis Martyrum Actis , olim est edita : ex quâ , in ea quoque quæ apud Simconem Metaphrastam de Pionio hodie leguntur , translata esse aliqua , vel unicus ille locus fidem fecerit. *Cum ignis extinctus esset , nos qui presentes eramus , talem ipsum vidimus , quale vigentis ornatique pugilis corpus existit.* In hisce verò quæ habemus Actis , pridie natalis diei *S. Polycarpi* prævidisse dicitur Pionius *se postridie comprehensum iri.* quod ipsum argumento est , alio quàm Polycarpum anno Martyrium eum subiisse : ut de diversis Asiæ Proconsulibus , *Statio Quadrato* sub quo Polycarpus , & *Proclo Quintiliano* sub quo passum Ponium Acta indicant , nihil hîc dicere necesse sit. In Metaphrastâ verò deinde sequitur ; Pionem , post quàm *Sabbato sanctum panem & aquam cepisset* , captum

tum & per urbem ductum fuisse. Impletum autem esse totum forum & superiores porticus tum viris Græcis atque Judæis, tum etiam mulieribus: quia, cum magnam, esset Sabbatum, feriabantur. Ex quibus colligimus, nobile illud Polycarpi Martyrium, quod in insignem Sabbati magni diem incidit, eodem die recurrente, annuâ memoriâ ab antiquis illis Christianis fuisse celebratum: ita ut Natalis illius non inter fixas, sed inter mobiles festivitates connumeraretur. quomodo & hodie *Alena* virginis memoriam *Foresti*, Dominicâ die ante natalem Johannis Baptistæ, celebrari notavit, in Natalibus Sanctorum Belgii, Johannes Molanus. Anno enim æræ Christianæ CLXIX. quo Polycarpus passus est; Sabbatum magnum in Martii XXVI. incurrisse ostendimus: quo die, in Decii imperio, sub quo agonem suum peregit Pionius, id est, anno ejusdem æræ CCL. vel CCLI. neque Sabbatum magnum, neque ullum omninò Sabbatum fuit.

In vitatis quidem hisce Actis ^b Pionius dicitur comprehensus [XXIII. mensis Februarii die] cum Sabbatum magnum instaret; natali scilicet beati martyris Polycarpi, vigente Decii Imperatoris persecutione. Ubi vel à Metaphrastâ, vel à sciolo aliquo alio, de die XXIII. Februarii illud

d Tomo
7. Lipo-
mani, fol.
8. edit.
Venet.

lud, ex receptâ Græcorum Menæorum sententiâ, additum fuisse videatur. quum certissimò constet, neque in Polycarpi natali, neque in Pionii comprehensione, neque omninò unquam fieri potuisse, ut magnum Sabbatum cum XXIII. Februarii die concurreret. Ait quidem Jacobus Capellus, in suis Epocharum thematismis, anno Dom. CCLI. captum fuisse Pionium, nocte que intercesit inter Februâr. xxii. & xxiii. Adar xiii. & xiv. feriam vii. & i. additque *μεγα σάββατον* hic dici, diem Judæis duplici nomine *εορτάσμων*: vel primum Sabbatum & *τεσσαεξκοστής*. Pascha enim eo anno celebratum Martii xxx. Atqui ex Actis manifestum est, non nocte quæ inter feriam septimam & primam, sed die præcedente, Judæis Smyrnæ in magno suo Sabbato clarâ luce feriantibus, captivum per urbem ductum fuisse Pionium. Deinde & illud certum, neque xiii. diem Adar, (qui, ob Nicanoris cædem, in 2 Macab. 15. 36. observandus præscribitur) neque xiv. (quo Purim sive Sortium dies prior. Estheræ 9. 21. celebrandus statuitur) multòque minús Christianæ Quadragesimæ Sabbatum primum (in cuius calculum, à Capello positum, inquirere hîc non libet) *magni Sabbati titulum*

unquam obtinuisse: quem Sabbati Pascha proximè antecedentis, & apud Judæos & apud Christianos proprium fuisse jam ostendimus. Anno verò Domini CCLI. qui cyclum solarem VIII. literam Dominicalem E habebat, Paschati Smyrnæorum (& reliquorum Asianorum, qui cum Judæis *decimum quartum* Lunaris mensis diem constanter observabant) Proximum Sabbatum, in Martii XXII. incidit: cujus die XXV. etiam juxta hodiernum Judæorum Computum, Pascha fuisset celebrandum.

Eo anno Consulatum gesserunt, *Mesius Quintus Trajanus Decius Aug. III.* & filius ejus *Quinctus Etruscus Decius Caesar.* quum anno præcedente Consules fuissent, idem *Mesius Quintus Trajanus Decius Aug. II.* & *Annius Gratus.* qui ad Actorum Pionii marginem fortasse ab antiquario aliquo annotati (ex Fastis Consularibus, qui hoc in loco sunt perturbatissimi) in textum postea recepti, & cum alteris illis temerè commixti, inep- tam illam temporis notationem nobis reliquerunt, quæ in hodiernis libris cernitur. *Hæc acta sunt, Julio Asia Proconsule, Proclo Quintiliano magistratum gerentibus, Consule tertium Mesio Quinto, Trajano, & Deltio Grato secundum, Traja-*

na

no Decio Augusto : ante IV. Idus Martias, more Romanorum ; Asia autem more, septimi mensis undecimo, die Sabbati, hora decima. Ubi, non Julium solum, sed etiam Proclum & Quintilianum pro uno & eodem Asiae Proconsule esse accipiendum ex Constantinopolitano Chronographo intelligimus ; qui in Fastis Siculis, sub Decio Imperatore passum Pionium fuisse notat. ἐν Σμύρῃ τῆς Ἀσίας, ἐπὶ Πρόκλου Κωνσταντινουῦ ἀνθυπάτου τῆς Ἀσίας, πρὸ θ' ἡμερῶν Μαρτίων, ὃ ἔστι κατὰ ἈσIANὸς, μηνὶ ἕκτῳ ἰβ' σαββάτῳ, ὥρα δεκάτη. Ubi, ex Actis numerus mensis Asianorum in Fastis est restituendus, VII. pro VI. & ex Fastis rursus, dies mensis XI. in Actis reponendus pro XII. licet III. Iduum Martiarum error utrobique sit admittendus : quem mensis Romani diem, neque anno hoc in toto Decii imperio, cum Sabbatica feriâ concurrisset certo certius est.

Ad eum itaque errorem corrigendum ; Jacobus Capellus, vel (ante v. Idus Martias, Asia autem more septimi mensis undecimo,) legendum existimat, & Sabbatum vocasse Acta Proconsularia diem Judaeis ἑορτάσιμον, nempe neomeniam Nisan (Martii die XI. feriâ III. hoc anno factam,) vel (ante VIII. Idus Martias Asia autem more, septimi mensis : id est, Phame-

noth,

noth, duodecimo.) Atqui prius captum, quàm passum fuisse Martyrem oportuit : ante xi. verò Kalendas Aprilis, in quem *magnum Sabbatum* eo anno incidit, comprehensum eum non fuisse declaravimus. Deinde, ut Judæi neomeniæ Nisan Sabbati appellationem tribuerint : quid hoc ad *Acta Proconsularia*, quæ Sabbati nomen hîc omninò non habent ; aut Sanctorum passiones à Christianis descriptas, qui *neomeniarum* Judaicarum nullâ religione tenebantur, spectabat ? Et licet verum sit, Phamenoth, *Alexandrinorum* mensis septimi, diem duodecimum in Sabbatum hebdomadicum incidisse : ad *Asianos* tamen quid illud attinebat ? quorum menses ad Ecclesiæ *Antiochene* & *Constantinopolitane*, potiùs quàm *Alexandrina*, calculum, justiore ratione fuissent exigendæ.

Atque ita quidem res se habuit. Cùm in Epistolâ Ecclesiæ Smyrnenfis facta hæc fuisse dicerentur, κατ' Ἀσιανῶν μηνὸς ἑβδόμου δωδεκάτου, *more Asianorum mensis septimi die duodecimo* ; & horum quæ habemus Excerptorum author non alios Asianorum menses cognovisset, quàm Constantinopolitanorum, qui à *Gorpii* sive *Septembris* Juliani Kalendis novi sui anni & Indictionis initium deducebant ; ad IIII.

Idus Martias, id est, diem Martii septimi ipsorum mensis *duodecesimum*, referenda ista fuisse existimavit. Ad quam normam & *Acta Proconsularia* conformanda fuisse ratus; hunc in modum correcta, vel corrupta potius, ea nobis exhibuit. Ante *IIII. Idus Martii Quintilianus Proconsul*, sedens pro tribunali, sic interrogavit. Quum in authentico exemplari *Nonas Apriles* fuisse positas, & *Smyrnæorum reliquorumque Asianorum mensis septimi dies duodecesimus* exactè illis respondens, & *Sabbati* cum eis feria pariter concurrentes, planè nobis persuadeat. Ut concludere tandem nihil vereamur, anno Domini *CCLI.* cum sociis passum fuisse *Ponium*, Asia Proconsule *Julio Proclo Quintiliano magistratum gerente*, Consule tertium *Messio Quinto Trajano Augusto*, & *Decio Casare*; *Nonis April.* more Romanorum, Asia autem more, septimi mensis duodecimo, die *Sabbati*, horâ decimâ.

C A P. IV.

*De Græcorum & Macedonum mensibus var-
riè ab Epiphano usurpatis. De Cyprio-
rum & Bithynorum mensibus ad anni
Macedonici formam accommodatis. Va-
riorum mensium & inter se & cum Ju-
lianis comparatio.*

MAcedonicorum mensium appella-
tiones quatuor modis ab Epipha-
nio usurpatas animadverto : quorum u-
num tantum *κατὰ Μακεδόνιας*, reliquos
verò *καθ' Ἑλληνας* ille nuncupat; *Græco-
rum* nomine non eis solùm qui in Græ-
ciâ, sed etiam qui in Syriâ & Asiâ pro-
priè dictâ habitabant, attributo. Quum
enim in hæresi xi. de Sebuæis agens,
Græcorum Apelleum cum Romanorum *Au-
gusto* & *Ægyptiorum Mesori* confert; *Achivo-
rum* rationes spectasse videatur : quos
Macedonicis hisce mensium nominibus
fuisse usos, ab auctoribus illis est tradi-
tum quos, in scholiis ad caput ix. libri
Bedæ de Temporibus, Johannes Novio-
magus est secutus. *Achaia* verò propriè
dicta, Ptolemæo Peloponnesiaca illa est,
Sicyonia contermina : cujus Duci Arato
Sicyonios (qui, eo suafore, in nomen &

Rempubicam transferant Achaicam) *quintum mensis Dasii diem, quem Athenienses Anthesterionem nominant, dicavisse, in illius Vitâ narrat Plutarchus. Quòd si Atheniensium Anthesterion Achivorum Dasio responderit, atque ita in Romanorum Februarium inciderit: ut Atheniensium quoque Metagitnioni Achivorum Apellæus respondeat, & in Romanorum Augustum uterque incurrat, pariter consequetur.*

Anni æræ Seleucidarum, quæ in *Syriâ* maximè obtinuit, *Græcorum* anni in libris Maccabæorum appellantur: quemadmodum & in *Ulugbeigi* (*Samarcandæ* Principis & magni *Tamurlani* nepotis) *Astronomiâ* *Perficâ*, non *Græcorum* solum ea epocha, sed etiam menses, quibus cum eâ ad hunc usque diem utuntur *Syri* *Juliani* quidem sed *Syriacis* designati nominibus, *Græcorum* menses nuncupantur. Ita & *Epiphanius*, in hæres. 51. *Macedonicis* hîc, *Antiochenæ* & *Constantinopolitanæ* *Ecclesiæ* more, adhibitis nominibus, octavum *Romani* *Novembris* diem, κατ' Ἑλληνας octavum esse *Dii* notat; & sextum *Audynæi* κατὰ Σύρος, εἴτην Ἑκκνας (*secundùm Syros, sive Græcos*) *Januarii* itidem sextum.

Idem *Epiphanius*, in libro de ponderibus & mensuris, *Valentinianum* juniorem

rem

rem Aug. Arcadio II. & Rufino Consulib. sepultum fuisse refert ipsâ Pentecostes die; quæ tum fuerit secundum Ægyptios Pachon XXI. κατὰ δὲ Ἑλλήνας Ἀρτεμισίῳ τριτη καὶ εἰκάς, (secundum Græcos Artemisii XXIII.) secundum Romanos verò XVII. Kalendas Junias. Et quidem anno æræ Christianæ CCCXCII. hic designato, Maii die XVI. Dominica Pentecostes contigit: die Artemisii XXIII. si Smyræorum calculum consulamus: quos, cum reliquis Asianis sub Ἑλλήνων nomine comprehensos, vel unicus ille Galeni locus ostenderit, libro I. de alimentorum facultatib. cap. 3. οἱ μετὰ ταρνίῳ παρὰ τοῖς Ἀπικαῖς ἰνομαζόμενοι, παρ' ἡμῖν δὲ τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἑλλήσι τηγνίται, σκιδάζονται δὲ ἐλαίῳ μόνῳ. Placentæ, quas Attici quidem ταρνίταις, nos autem Græci qui Asiam incolimus τηγνίταις appellamus, ex solo oleo parantur.

Atque ut hoc Smyræorum, ita & illud Macedonum annali rationi à nobis declaratæ consentaneum est; quòd in jam citatâ hæresi XI. Romanum mensem Augustum cum Gorpiao Macedonico, & in LI. sextum Idus, id est octavum Novembris diem cum decimo sexto Apellai κατὰ Μακεδόνων confert Epiphanius. Ubi clarissimus Scaliger, libro V. de emendatione temporum, in diatribâ de morte

Valentiniani junioris , non alios quàm puros putos Julianos menses ob oculos habens , miratur *decem dies supra formam Julianam* numeratos hîc esse , & , in superiore de excessu Valentiniani loco , *septem* : atque ista se *non intelligere* , profitetur ingenuè , quum tamen hîc , non *decem* , sed *octo* tantum dierum deprehendatur differentia : (neque enim *sextum* simpliciter sed *sextum Iduum* Novembriarum diem Epiphanius commemorat :) & de integro mense movenda potius fuisset quæritio ; unde factum , ut cum Novembri *Apellaus* hîc componatur , qui cum Decembri comparari debuisset , si Maius cum *Artemisio*. Quorum utrumque Macedonici & Smyrnenfis anni rationes à nobis jam descriptæ expediunt ; quæ tanto dierum intervallo horum mensium initia Julianis fuisse anteriora , Macedonumque *Apellaum* & Smyrnæorum *Dium* per omnia sibi respondisse , atque in Romanum Novembrem incurrisse , declarant.

A Patribus fuisse constitutum refert in *Barnaba* encomio Alexander monachus , ut anniversaria Apostoli illius celebraretur memoria *tertio Idus Junii* , ut Romani numerant : ut verò Cyprii Constantienses , die *undecimo ejusdem mensis* , qui ab illis dicitur

tur *Mefori* & *decimus* numeratur; ut autem *Asiani* homines vel *Paphii* numerant, *decimo nono mensis*, qui *Phthithipatus* (vel *Plethypatus* potiùs) dicitur, & *nonus numeratur*. Unde apparet, in *Cypro* insulâ duas receptas fuisse annorum formas: à *Paphiis* unam, quæ eis cum *Asianis* fuerit communis, eodem ab utrisque retento mensium ordine, licet sub appellationibus diversis; à *Constantiensibus* alteram, quæ menses cum *Alexandrinis* habuerit communes, ordine tamen alio dispositos. Qui enim *Constantiensibus Mefori* mensis erat *decimus*, & à *Kalendis Juniiis* inchoabatur; idem *Alexandrinis duodecimus*, & à *xxv die Julii* ducebat initium.

Plethypatus mensis *nonus* numerabatur à *Paphiis*: qui, cum *Asianis* & *Macedonibus*, à *xxiv. die Septembris* annum suum exorsi, primum habebant mensem *Aphrodisium*, à Latino interprete *Eusebii*, lib. *iv. de Præparat. Evangelic. ca. 16.* cum nostro *Martio* perperam comparatum. Verba, ex *Porphyrîi περι ἀποχῆς ἐμ φύχων* libro *ii.* ab *Eusebio* eo in loco citata, hæc sunt. *Ἐν τῇ νῦν Σαλαμῖνι, πρέπειν ἡ Κορωνίς: (Κορωνεία, apud Eusebium) ὀνομαζομένη, κηνὶ κατὰ Κυπρίους Ἀφροδισίῳ, ἔδυετο ἄνδραπος τῇ Ἀγραύλῳ τῇ Κέκροπος κὶ νύμφης*

Αγραυλίδος. In eâ qua nunc Salamina, prius Coronis appellabatur, mense juxta Cyprios Aphrodisio, Agraulo Cecropis nymphaeque Agraulidis filiae homo maëtabatur. Ex quibus fortasse quis collegerit, Porphyrii ætate Paphiorum menses hosce, non reliquis solum Cypriis, sed ipsis etiam Constantiensibus sive Salaminiis fuisse communes: atque in totâ illâ Insulâ non aliam eo tempore in usu fuisse anni formam, quàm Macedonicam illam, tum à Syromacedonibus cæteris tum ab Antiochenis quoque ac Asianis (licet variatis mensium nominibus) usurpatam.

Verum ubi postea inter Antiochenum Syriae Patriarcham & Constantiensem Cypri Metropolitam de *σφοδρείοις* lis esset orta: ne, ut anni formam, ita & Metropolitæ dignitatem à sede Antiochenâ Constantiensis accepisse argueretur, Alexandrinorum potius & mensibus *τριακονθημέσις* & mensium nominibus usus ille fuisse videri posset; ordine tamen immutato, ne ad *αὐτοκεφαλίαν*, quam sibi vendicabat, minuendam, vel illud etiam in argumentum trahi posset. Sed quæcunque differentiae hujus causa fuerit: illud certum est, Epiphaniî Constantiensis episcopi tempore, alio Constantienses anni genere fuisse usos, Paphios alio

alio. Novembris enim Juliani diem xvi. *Salaminiorum sive Constantiensium* suorum tertii mensis *Chœac* diei sexto, *Paphiorum* verò *Apogonici* diei decimo sexto; pariterque vi. Januarii diem, *Cypriorum sive Salaminiorum* mensis quinti diei quinto, *Paphiorum* verò *Jûli* diei quarto decimo respondisse, in hæresi 51. ille confirmat.

Ubi duo hæc observare fuerit operæ pretium. I *Chœac* *Salaminiorum tertium* fuisse mensem, & à tertio Novembris die incepisse: quum idem apud Alexandrinos *quartus* ordine fuerit, & à 27. vel 28. ejusdem Novembris die inierit. II. Licet & *Paphii* & *Asiani* à xxiv. Decembris quartum suum mensem inchoaverint; in x. ii. tamen mensis illius die *Asianos*, in xiv. *Paphios* *Theophaniorum* festivitatem collocasse: quia illi (ut in ii. capite notatum est) *quinto*, hi, (receptissimo aliarum Ecclesiarum more) *sexto* Januarii die, eam celebrare consueverunt. Apud *Epiphanium* quidem hoc in loco (sect. 24. edit. Græcolatin.) *πέμπτη τῆς Ἰαννουαρίου μηνὸς*, sed rectius postea (sect 27,) *ἕκτη Ἰαννουαγίου μηνὸς*, scribitur: quam veram esse lectionem, & Romanorum viii. Id. *Januar.* simul connotatus evincit, & *undecimus* dies fixi *Ægyptiorum sive Alexandrinorum* mensis *Tybi*; quem *quinto* *Janua-*

rū nunquam respondere certum est. Neque aliquid in eo mendo *mysterii* cum diligentissimo Animadversore nos cernere, neq; *Constantinopolitanos* postea V. *Januarii die Baptismum Christi celebravisse*, vel ex *Manuelis Novellâ de feriis*, vel ex *Curopalatâ*, colligere possumus.

Anno Domitiani XII. mensis *Metrois* secundum Bithynios die VII. horâ 2. noctis incipiente, anno à Nabonassaro 840. Tybi die 2. Agrippa Astronomus Lunam australi suo cornu cum australi succedente Vergiliarum conjunctam in Bithyniâ observavit: Ptolemæo, in magnæ suæ *Syntaxeos* libri 7. cap. 2. referente. Factum hoc, anno æræ Christianæ XCII. Novembris die 29. Unde sequitur, *Metroitum* Bithyniorum, à 23. Novembris Juliani incepisse: & tertii mensis *Bithyniorum* idem fuisse initium, quod tertii mensis Macedonum & Asianorum. In veteri enim manuscripto * Henrici Stephani, Græco Johannis Crispini lexico, & Johannis Noviomagi scholiis ad Bedæ de temporum ratione cap. IX. inter *Bithyniorum* menses tertio in loco ponitur *Metroitus*: sicut inter *Cypriorum* (& in eis *Paphiorum*) in secundo recensetur *Apogonicus*, & in quarto *Julus*; licet apud Crispinum & Noviomagum *Junios* per
er-

* App.
Thelauri
linguæ
Græcæ,
col. 225.

errorem nuncupetur. A xxiv. Decembris fumebat ille initium, à vigiliâ nimirum Natalis Dominici; quem *Pule-dap*, id est, *Juli diem*, in Borealibus Britanniae partibus adhuc appellant. Antiqui enim Anglorum populi (ut in xlii. nominati libri capite notavit Beda) incipiebant annum ab octavo Kalendarum Januariarum die, ubi nunc natale Domini celebramus; & ipsam noctem, nunc nobis sacrosanctam, tunc gentili vocabulo *Modre-necht*, id est, *Mattrum noctem* (vel potius, *Matrem noctium*) appellabant: mensibusque Decembris & Januarii, à conversione Solis in auctum diei (quam unus eorum precedit, alius subsequitur) nomen *Giuli* tribuebant.

Neque prætereundum, quod inter aliarum gentium & civitatum menses, Cypriorum etiam *Ιήλιος*, & Bithyniorum *Διονύσιος*, cum Romanorum Januario in vetere fragmento Saviliano, ita compositus reperiatur.

<i>Ρωμαίων,</i>	<i>Ιανυάειος.</i>
<i>Αλεξανδρέων,</i>	<i>Τυβί.</i>
<i>Ελλήνων,</i>	<i>Αυδιδαιός. (legend.</i>
	<i>Αυδυναϊός.)</i>
<i>Τυρίων,</i>	<i>Απελαϊός.</i>
<i>Αράβων,</i>	<i>Αυδιδαιός. (Αυδυναϊός.)</i>
<i>Σιδονίων,</i>	<i>Δίος.</i>

Ηλιος

* Αθη-
ναίων,
legend.

Ηλιπολιτών,	Θόβειν.
Λυκίων,	Δῖος.
* Ασίων,	Προσιδραίων.
Κρητών,	ΜετάρχιⓄ.
Κυπρίων,	ΙέλιⓄ.
Εφεσίων,	ΠερίπⓄ.
Βιθυνῶν,	ΔιονύσιⓄ.
Καππαδοκῶν,	ΛύτανⓄ.

Unde hanc tandem diversorum mensuram, in eadem Macedonici anni formam receptorum, inter se collationem (simul cum eorum uniuscujusque dierum numero & initiis, in sequente capite deinceps explicandis) sub unum conspectum visum est proponere.

CAP. IV. *Asianorum anno Solari.*

Ordo mensium Macedonib. & Asia- tantis omnibus Communis.	Signa caele- stia, eos apud Macedones denominan- tia.	Macedonum τοπωνυμια, An- τιοχηνον, Per- γαμενον, & E- πιφορον, men- tes politici.	Eu- & Smyrnae συνονυμια, Cy- priον, & pra- sive Paphion.	Bithyniorum, Mensium initia, in anno Ro- mano.	Idem numerus
I.	Zυγος.	Δις,	Ἐπιβερεταιος	Ἡραρ.	30 Sept. 24
II.	Σκοπιος.	Αρεταϊος.	Απολλωνιος.	Ἡραριος.	30 Oct. 24
III.	Τοξοτης.	Αυδυναϊος.	Αιγυπιος.	Μαρπυος.	31 Nov. 23
III.	Αιγυριας.	Ἐπιπτος.	Αυδουραιο.	Διονυσιο.	30 Dec. 24
V.	Ἐλεγχος.	Δυσθης.	Ἐπιπτιο.	Ἡρακλειο.	30 Jan. 23
VI.	Ἰχθυος.	Ξανθικος.	Δυσπος.	Σιβασος.	31 Feb. 22
VII.	Κελος.	Αρεμιατος.	Ξανθικος.	Αυτοκρατορικος.	31 Mar. 25
VIII.	Ταυρος.	Δαιονος.	Αρεμιατος.	Δημοκρατικος.	30 Apr. 25
IX.	Διδυμος.	Παιεμιος.	Δαιοντιο.	Παχυστατος.	31 Mai. 25
X.	Καρκινος.	Ααϊος.	Παιεμιος.	Αργεγευος.	30 Jun. 25
XI.	Ααϊων.	Τορταλιο.	Ααϊος.	Ἐπιπτιο.	31 Juli. 25
XII.	Παρθενος.	Ἐπιβερεταιος.	Τορταλιο.	Αεσδιοντιο.	30 Aug. 25

IV.

mensura
formae
summi
numero
expli-
cunt

CAP. V.

Mensis cujusque dierum numerus, & in anno Romano sedes declaratur. Ex quatuor sibi invicem succedentium annorum Dominicis Paschalibus cum tempore passionis Polycarpi comparatis, locus Interpolationis, Epochæ, & ratio collationis cum Periodi Julianæ & æræ Christianæ annis, eruitur.

EXtat Græcè in publicâ Oxoniensis Academiae Bibliothecâ Quæstorum Responsorumque sacrorum liber, quem Latinè à se versum, sub *Anastasio Nicani* nomine, *Gentianus Hervetus* jam pridem edidit. In eo, Quæstioni *xciii.* subjicitur fragmentum *Ἰωάννου Δαμασκηνῆς, περὶ τῶν Μακεδόνων μηνῶν, ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐκδόσεως*, ubi recensentur *Μῆνες κατὰ Μακεδόνας, α Ταύρος, β Δίδυμος*, & sic deinceps: neque Ecclesiastici, neque etiam civilis Macedonici, sed *Georgici* anni observato principio; de quo, in primo *Georgicorum*, *Virgilius*.

Candidus auratis aperit quum cornibus annum

Taurus, & adverso cedens Canis occidit astro.

& in 4^o Astronomicôn Manilius, similiter de Tauro canens;

Ille suis Phæbi portat quum cornibus orbem,

Militiam indicit terris, & segnia rura
In veteres revocat cultus.

Neque enim in civilem usum recepta unquam à Macedonibus ista sunt nomina: sed ab iis qui rei rusticæ operam dabant præcipuè usurpata; quibus Solis per signa cœlestia transitus, atque cum eo conjunctus Stellarum inerrantium Ortus & Occasus Heliacus, agendi opportunitates indicabat &

^a *Tempora qua messor, qua curvus arator haberet.*

a Virgil.
Eclog.

Sequuntur deinde in Damasceno Μῆνες κατὰ Ἑλληνας (de quibus videnda quæ, in præcedente capite, ad Epiphanium diximus:) ^a Ξανθικός, ^β Αρτεμίσιος, &c. Ecclesiasticæ ἐκδόσε^o ordine retento; quem in Pseudo-Clementinis Apostolorum Constitutionibus confirmatum ille invenerat.

In iis enim ^b primus nominatur mensis Xanthicus, ^c duodecimus Dystrus; in cujus etiam die XXI. vernale statuitur Æquinoctium, sicut in ^d xxv. mensis noni Natalis Domini, & in vi. decimi Epiphania: mensibus purè Julianis usurpatis, sed ab Aprilis facto numerationis initio. Huic verò

b Constitut. Apostol. l. 5. c. 14.

c Ibid. ca. 17.

d Ibid. c. 13.

Da-

Damasceni per omnia similem & Hellenicorum & Macedonicorum mensium Indiculum, tum in alio ejusdem Oxoniensis Bibliothecæ MSO invenimus, tum in illis ex quibus Cypriorum & Bithynorum mensium seriem jam descripsimus: nisi quod in hisce omnibus, Macedonicorum mensium primus nominetur *Αιγιοξέρας*, à Brumali solstitio, more Romano, repetito anni principio; juxta Nafonis illud.

e Ovid.
Fast. 1.

e *Bruma novi prima est, veterisque novissima Solis:*

Principium capiunt Phœbus & annus idem.

Ut autem numeri dierum & initii cujusque mensis, in Tabellâ præcedente propositi, ratio nobis constet; adeoque totius anni cum Romanorum Juliano juxta institui possit comparatio: à quo principio Epocha illius sit deducenda, quo in anno intercalaris diei sedes sit figenda, & quibus anni mensibus dies illi *quinque* adjiciendi sint, diligentius inquirendum est.

f Rom. 5.
Chrysoft.
edit. Savil.
pag. 948.

Quo anno Paschalis homilia, falsum Chrysoptomi titulum præferens, est habitata f. XIV. Lunam *biduo ante æquinoctium* factam fuisse, author significat: ideoque pro Paschali termino proximam Lunam XIV. assumptam esse, quæ incidit in mensis VII. diem XXVI. eamque Dominicam. Hoc autem contingere non

potuit; nisi quum aureus numerus Dionysianus esset VIII. litera Dominicalis c. Numero enim aureo VIII. existente, Luna XIV. in 10. Martii incidit (quod bidduum est ante Nicænum æquinoctium) & terminus Paschalis necessariò incurrit in 18 Aprilis, literâ c. insignitam. Quod si 18 Aprilis Romani respondeat diei 26 septimi mensis Asiani: necesse est ut primus ejusdem septimi mensis diei 24. Martii eâdem ratione respondeat. Cumque ob diei Dominicæ & termini concursum, diem Paschalem in sequentem Dominicam translatum fuisse author indicet; à die videlicet XXVI. mensis VII. ad diem II. mensis VIII. hoc est, ab Aprilis 18 ad 25: consequens quoque est, primum mensis octavi Asiani diem 24 Aprilis Juliani respondisse.

Porro inter annum Domini CXL. quo Montanistarum hîc damnata hæresis nondum emerferat, & DCCCXIX. quouisque durasse eam non est verisimile, quatuor tantum occurrunt anni, in quibus aureus numerus VIII. & litera Dominicalis c. simul concurrunt: annus nimirum æræ Christianæ CCCLXXXVII. CCCCLXXXII. DLXXVII. & DCLXXII. in quibus omnibus, Pascha ἀναστάσιμον Aprilis die 25. est celebratum; quem secundum octavi men-

sis author nominat : ut octavum mensem à 24. Aprilis tunc incepisse, nullum sit dubium. Sed in trium sequentium Paschatum continuatione, aliqua contingit variato. Nam post annum CCCLXXXVII. Dominica Paschalis in tribus annis consequentibus occupavit Aprilis diem 9. 1. & 21. post annum CCCCLXXXII. Aprilis 10. 1. 21. post annum DLXXVII. Aprilis 10. 2. 21. post annum DCLXXII. Aprilis 10. 2. 22. quibus omnibus, propter diversum intercalationis in anno Juliano situm, illa convenire potest authoris notatio. Νῦν μετὰ γίνεται δεκάτῃ οὐδὲν ἡ ἀναστάσιμος. εἰς τὸ ἐπιόν ἐπτακαίδεκάτῃ ἐβδόμῃ μηνὸς γίνεθ, καὶ πάλιν εἰς τὸ ἐξῆς ἐννάτῃ ἐβδόμῃ μηνὸς. καὶ αὖθις εἰς τὸ τρίτον ἔτος εἰκάδι ἐννάτῃ τῆ μηνὸς ἡ ἀναστάσιμος γνωριθίσηται. Nunc quidem *secunda octavi mensis dies existit Resurrectionis; sequente verò anno decima septima septimi mensis erit; atque iterum proximo nona mensis septimi: & rursus anno tertio, vicesima nona mensis Resurrectionis dies celebrabitur.*

Dies omnes notati, cùm Paschales fuerint, in primam feriam incidere necesse est: ex quorum collatione manifestum fit, sub finem primi anni (quo ista habita est oratio) diei intercalationem esse factam, sequentes verò tres fuisse ordinarios dierum

rum 365. Si enim eo anno, dies xxvi. mensis VII. & II. mensis, VIII. & sequente anno xvii. & consequenter xxiv. dies mensis VII. inciderit in diem Dominicam (ut author confirmat;) necesse est ut prior annus intercalaris fuerit, sequens ordinarius: alioqui fieri non potuit, ut prior anno in diem xxvi. posteriore in xxiv. feria prima incideret. Sed, licet in quadrienniis illis quæ jam nominavimus quatuor, primus quisque annus juxta Asianorum rationes fuerit intercalaris: in Julianis tamen, eis respondentibus, subinde mutatum esse intercalationis situm, sequens Tabella demonstrat; quæ in unaquâque Tetraëteride quis annus fuerit bissextilis, & cui diei Juliano primus dies mensis Asianorum *septimi*, in 16 Christianæ æræ annis propositis, respondeat, oculis spectandum exhibet.

I.

III.

A.C. 387	Mart. 24. fer. 4. 577	Mart. 24. fer. 4.
388	<i>Biff.</i> Mart. 24. fer. 6. 578	Mart. 25. fer. 6.
389	Mart. 24. fer. 7. 579	Mart. 25. fer. 7.
390	Mart. 24. fer. 1. 580	<i>Biff.</i> Mart. 24. fer. 1.

II.

IIII.

482	Mart. 24. fer. 4. 672	<i>Biff.</i> Mart. 24. fer. 4.
483	Mart. 25. fer. 6. 673	Mart. 25. fer. 6.
484	<i>Biff.</i> Mart. 24. fer. 7. 674	Mart. 25. fer. 7.
485	Mart. 24. fer. 1. 675	Mart. 25. fer. 1.

Ex his videndum jam, an tempus elici possit quo Paschalis ista prolata fuerit Oratio; &, quod cum eo est conjunctum, quamam Tetraëteris, ex istis quatuor, pro Asiæ anni Canone sit assumenda. Et quidem si verum illud esset, quod Theodorus Balsamon credidit, Iohanni ipsi Chrysostomo Sermonem hunc fuisse tribuendum: non alio haberi potuisse anno certum esset, quàm 387. cujus tam diu dilati Paschatis occasione, & ante quinquennium celebris illa ab Ambrosio Mediolanensi ad episcopos per Æmiliam constitutos missa est Epistola, & proximo (nisi me fallo) post eum anno, à Theophilo Alexandrino Episcopo ad Theodosium seniore[m] Paschale 95. annorum scriptum est Laterculum, ac deinde ab Aniano & Panodoro magnus 532. annorum Cyclus, juxta Alexandrinorum calculum (quem & hujus Sermonis author sequitur) primùm est editus. Verùm & totum tractandi genus à Chrysostomi consuetudine maximè est alienum, & impurior dicendi character sequioris ævi fœtum esse arguit.

Neque primam hanc Tetraëteridem Asiæ anni rationibus convenire, vel illud argumento est, quòd juxta eam omnes *septimi* mensis Kalendæ à 24. die Martii essent deducendæ: quum tamen in anno

æræ Christianæ 169. quo Polycarpus pas-
 sus, in 25 Martii eas incidisse docuerimus.
 Qui annus, cum primus à bissexto fuerit,
 & ejusdem tamen ordinis annus 485. in
 secundâ, & 577. in tertiâ Tetraëteride,
 easdem mensis *septimi* Kalendas ab eodem
 24 Martii die repetant: pro anni Asiani
 normâ Tetraëteris solùm quarta asumen-
 da relinquitur. ex quâ colligimus, & anno
 672. orationem hanc fuisse habitam; &
 quandocunque in anno Juliano ante 24 Fe-
 bruarii bissextus fuisset insertus, ante 24. se-
 quentis Septembris in fine anni Macedo-
 nici & Asiani similem diei intercalationem
 fuisse observatam. Quod etiam annus obi-
 tus Valentiniani confirmat: in quo Domi-
 nicam Pentecostes in Maii Romani diem
 16. Græcorum verò Artemisii, sive mensis
 Asianorum *octavi* diem 23. incidisse, ex
 Epiphanio didicimus. Nam cum annus ille
 intercalaris esset, utpote Christianæ æræ
 392. *octavi* mensis Kalendæ in eo, non
 minùs quàm in anno 672. cum Aprilis 24.
 concurrebant. In omni enim anno inter-
 calari, posteriorum septem anni Macedo-
 nici & Asiani mensium Kalendæ dies intia-
 les Tabellæ mensium à nobis appositos
 (propter bissexti in Febuario interpositio-
 nem) uno semper die antevertebant.

Atque ex hoc diei intercalaris situ insu-

per colligimus, in 4. Olympiadis cujusque anno, primum post intercalationem annum quemque sedem suam hinc obtinuisse. Cujusmodi annus Olympiadicus cum ante prælium ad Granicum (cujus tempore novum hunc annum à Macedonibus receptum fuisse declaravimus) in regni Alexandri initiis occurat nullus: à postremo patris Philippi, & Olympiadis cx. anno 4. id est, ab ipso Macedonici Imperii exordio, primam Macedonici & Asiani nostri anni Tetraëteridem deducendam esse concludimus. Tunc enim Græciæ Dominus factus *Philippus, omnium civitatum legatos, ad formandum rerum presentium statum, evocari Corinthum jussit: ubi pacis legem universæ Græciæ pro meritis singularum civitatum statuit, conciliumque omnium veluti unum Senatum ex omnibus elegit; uti ex Trogi Pompeij lib. 9. refert Justinus. communibus denique Græcorum (præter Lacedæmonios) suffragiis, Imperator eorum contra Persas est electus; quemadmodum in libro Bibliothecæ suæ 16. ad 4. hunc Olympiadis illius annum, narrat Diodorus Siculus. In hoc igitur termino, anno videlicet ante æram Christianam 337. Periodi Iulianæ 4377. Septembris die xxiv. feriâ vi. Macedonici & Imperii & Anni novi, à Philippo constituti, *παραπρωμα* figendum fuisse censuimus.*

Restat

Restat jam, ut de dierum illorum initium &, à quo illi maximè dependent, cujusque mensis dierum numero, aliquid dicamus : & de *quinque* dierum, qui ex $\tau\epsilon\iota\alpha\kappa\omicron\nu\delta\eta\mu\acute{\iota}\epsilon\gamma\iota\varsigma$ 31. dierum menses efficerent, distributione quod promisimus, exsolvamus. In prioribus exemplis, ex 51. apud Epiphanium hæresi, ab Octobris 24. *secundum*; ex Agrippæ astronomicâ observatione, à Novembris 23. *tertium*; & ex Actis Timothei, à Decembris 24. *quartum* mensem iniisse docuimus : unde ut *secundum* illum 30. ita *tertium* 31. fuisse dierum, concludimus. Qui Xanthici diem *secundum*, quo passum fuisse Polycarpum declaravimus, cum 23. Februarii contulerunt, *sextum* nostrum mensem à 22. Februarii die incepisse crediderunt; ut veriora ejusdem Acta, quæ ad 26. diem Martii certamen ejus retulerunt, à Martii 25. *septimum* deduxerunt : inter quos 31. dies intercipiuntur, mensi illi *sexto* assignandi. Anno quidem intercalari, in 24. Martii principium mensis *septimi* incurrisse ostendimus: quod eo anno contigit, quo toties citata illa Paschalis homilia est habita : quando & Lunam XIII. in mensis *septimi* diem 26. incidisse author indicat, &, quòd ea Dominica esset, in Dominicam proximam Pascha fuisse translatum; nempe in *octavi* mensis diem *secundum*,

dum, quem 25. fuisse Aprilis, ex Cycli Paschalis ratione demonstravimus. Et cum mensem *septimum* à 24. Martii, & *octavum* à 24. Aprilis inchoatum tunc fuisse constat 4. ut dies 31. haberet mensis septimus, omnino necesse est. Neque fieri potuit, ut die 26. mensis *septimi*, & similiter die 2. mensis *octavi*, ageretur dies Dominica; nisi tot dierum mensis *septimus* extitisset.

Alexander monachus Natalem Barnabæ in Julii Romani diem XI. & Asianorum *noni* mensis diem XIX. Euthalius Diaconus excessum Pauli in Junii XXIX. & Syromacedonum Panemi sive mensis Asianorum *decimi* diem V. confert: quâ ratione *nonus* à XXIV. Maii, *decimus* à Junii XXV. die incepisset.

Sub Nerone martyrium subiisse Paulum, anno à Nativitate Domini LXIX. à Passione xxxvi. scribit Euthalius, annum vulgaris æræ Christianæ LXVII. eâ supputatione indicans. Sequentem enim anno LXVIII. qui intercalaris fuit, ante Junii diem 29. martyrio Pauli assignatum, vitam Neronem finisse certum est. Inter 25. verò Junii, à quo *decimum* mensem hoc anno cœpisse notatum est, & Aprilis 25. à quo, in simili anno communi, mensis *octavus* ducebat initium, dies numerantur 61. in *octavum* & *nonum* mensem distribuendi. Si jam

jam annum excessus Barnabæ, quo à 24. Maii *nonus* mensis inierit, communem fuisse supposuerimus: mensis *octavus*, ab Aprilis 25. in consimili anno incipiens, 29. fuisset dierum; & consequenter *nonus* 32. cujusmodi numeri, utcunque à mensibus Solaribus Astronomicis alieni non fuerint (ut in Parapegmate, quod Isagogæ suæ in Phænomena subjicit Gemînus, videre licet) in Solaribus tamen politicis locum non habent. Etsi enim antiqua Romanorum superstitione, à Numæ ducta temporibus, Februarii dies 28. tribuens, non quinque jam sed septem dies inter menses suos Solares partiendos reliquit: maluit tamen Cæsar septem menses 31. dierum constituere, quàm 32. dierum numerum, qui in mensibus usu civili receptis omni carebat exemplo, alicui eorum adscribere. Quod si annum, quo à Cypriis cæsus est Barnabas, intercalarem fuisse admiserimus (quam hypothesein ne admittamus, nulla nos cogit ratio) & à Maii 24. *nonus*, & ab Aprilis 24. *octavus* mensis inchoabitur: atque ita, & mensi *nono* 31. dierum constabit numerus, & *octavo* mensi 30. quot illum reverâ habuisse, non 29. tantum, Aristobuli (apud Plutarchum) evincit auctoritas, qui *ἑξιακάδι Δαισίῳ μηνὶς Δεσίου*, octavi Macedonum mensis, die *tricesimo*,

Alexandrum Magnum decessisse tradidit.

Ex diebus nostris *quinque*, unus adhuc superest disponendus: quem & in postremo trimestri (ne brumalis quadrans anni aliàs æstivo fieret productior) & in medio ejusdem mense, id est, *undecimo*, collocandum judicavimus. Si enim in postremum anni mensem dies 31. contulissimus; quarto quoquo anno, die intercalari ad eum accedente, diebus constaret 32. quod in anno civili hæctenus inauditum fuisse diximus. *Decimum* verò mensem 30. tantum fuisse dierum, ex historiâ captæ ab Alexandro Tyri deprehendimus. Cùm enim mensis illius, quo urbem haud dubiè capiendam Aristander aruspex prædixerat, extremus jam adesset dies; de eventu adhuc dubius Alexander (licèt eodem urbs postea expugnata sit die) *ἐκέλευε μὴ χεῖρ τριακάδα τῆ ἡμέραν ἐκεῖνῳ, ἀλλὰ τρίτην Φθίνοντος ἀρῆμειν* non *trigesimum*, sed *vigesimum octavum* mensis illum diem numerari præcepit: ut in Vitâ ejus Plutarchus narrat. Archonte autem Athenis *Aniceto* (qui *Nicetas* Dionysio Halicarnassæo, *Niceratus* Diodoro Siculo est, Olympiadis *CXII.* anno *I.*) mense *Hecatombæone*, occupatam ab Alexandro fuisse Tyrum, in *II.* de gestis illius libro confirmat Arrianus. Erat is Cycli Metonici 6. in quo cum 20, Julii die Kalendas

He-

Hecatombaonis, & cum quinto consequenter Attici illius mensis die *Loi* mensis Macedonici *decimi* diem *trigesimum*, eundemque ultimum, concurrissē invenimus. Atque hisce ducti rationibus, *quinque* istos dies per totum annum ita dispertivimus: ut in priore semestri, binos quosque *τριάκονθμῆς* unus exciperet 31. dierum mensis; in posteriore verò, 31. & 30. dierum menses alternatim dispositi cernerentur.

CAP. VI.

Anni totius Macedonici & Asiani dispositio atque methodus exponitur. Cycli Solaris & Lunaris, & Christiani Paschatis, in eo indagandi ratio. Veterum Parapegmatum ad eundem accommodatio.

Restat jam, ut anni Macedonici & Asiani methodum universam exponamus: quam sequentibus hisce Regulis licebit comprehendere.

I.

Dato anno Periodi Julianæ, vel æræ Christianæ, annum congruentem epochæ Macedonica invenire.

A dato anno Periodi Julianæ subductis

4377.

4377. ad datum verò annum æræ Christianæ additis 336: exurget antus epochæ Macedonicæ, in cuius *quarti* mensis diem *novum* Kalendæ Januariæ illius anni incurrun; sequente 24. Septembris ejusdem anni die novum Macedonicum annum inchoaturo.

Exempli gratiâ. A dato anno Periodi Julianæ 4391. subductis 4377. relinquitur Macedonicæ epochæ annus 14. à mensis 4. die 9 Kalendis illius Januariis respondens, cum 24. sequentis Septembris die, 15. Epochæ Macedonicæ anno post inituro. Item, ad datum annum æræ Christianæ 672. additi 336. annum Macedonicæ epochæ 1008. exhibent; à mensis 4. die 9. Kalendis illius Januariis respondentem; à 24. Septembris sequentis anno Macedonico 1009. deinde inituro.

II.

Dato Macedonici anni mense & die, mensem & diem Iulianum illi respondentem deprehendere.

Macedonicæ epochæ anno dato per quaternarium diviso (millenariis, si placet, centenariis & vicenariis, compendii causâ, prætermittis) si quid ultra integros numeros superfuerit, ordinarium; si nihil, in-
terca-

tercalarem esse annum indicat, & ad finem 12. mensis diem ex quadrantibus confectum esse adjiciendum. Inspectâ igitur anni Macedonici & Asiani Ephemeride: menses & dies anni Juliani é regione positi ita sunt cum eis conferendi; ut in anno intercalari ex lineâ extimâ postremorum 7. mensium dies assumantur, non ex interiore, ut aliâs fieri par est.

Anno Periodi Julianæ 4391. *Δαισις τεῖτη φθινοῦτος*, sive mensis Macedonici 8. die 28. Alexandrum M. vitam finiisse ostendimus: Erat ille (juxta præcedentem Regulam) Macedonicæ epochæ annus 14. qui per 4. divisus, in Quoto ultra 3, integros numeros etiam $\frac{1}{2}$ exhibet, Quod cum anni ordinarii sit indicium; ex interiore lineâ 22. Maii diem, ut 28. diei mensis 8. Macedonici respondentem, assumendum esse pronuncio.

Jam si in anno æræ Christianæ 672. quærat, cui diei Juliano dies 2. mensis 8. Macedonici sive Asiani respondeat: esse cum Macedonicæ epochæ annum 1008. (ex eâdem præcedente Regulâ) intelligo. Is numerus (millenario, si libuerit, neglecto) per 4. divisus, ultra numerum integrum, partem nullam in Quoto relinquit. Quæ cum anni intercalaris certa nota sit: ex lineâ extimâ 25. diem

diem Aprilis quæsito diei Macedonico vel Asiatico respondere assero.

III.

Dato anno Macedonico, Cyclum Solarem, invenire.

Divisio per 28. Macedonicæ epochæ anno dato: si quid ultra integros numeros in Quoto reliquum fuerit, Cycli Solaris index erit; sin nihil superfuerit, 28. pro quæsit i anni Cyclo erit assumendus.

Ita in exemplis præcedentibus; annus epochæ Macedonicæ 14. per se indicat esse ipsum Cycli Solaris 14. annus verò 1008. per 28. divisus, in Quoto 36. exhibet, integrum numerum, sine fractione ullâ adjectâ. Fuit igitur Cycli Solaris 28. & ultimus.

IV.

Dato Cyclo Solari, literam diei Solis sive Dominicam, & per eam ferias hebdomadicas totius anni Macedonici sive Asiatici, invenire.

Literam diei Dominicæ, sive primæ feriæ Hebdomadicæ, in Macedonicâ Ephemeride indicem, cuius Cycli Solaris anno congruentem, sequens monstrat

Ta-

Tabella: à literâ C. inchoata; quia primo anno Macedonico à feriâ *sextâ* incipiente, tertius ejusdem dies, in Ephemeride literâ C. signatus, in feriam *primam* five diem Solis incidit. Quartus vero quisque Cycli annus, in Tabulâ hic notatus, Intercalaris esse intelligitur.

In anno Macedonicæ epochæ 1008. qui (per præcedentem Regulam) Cycli Solaris 28. inventus est, dies 2. mensis 8. Dominica Paschalis fuit. Anno Cycli 28. litera E. respondet: quæ eadem diem 2. mensis 8. in Ephemeride Macedonicâ & Asiana apposita, feriam primam five diem Dominicum eum esse indicat.

Polycarpum anno æræ Christianæ 169. mensis Asianorum 7. die 2. in magno Sabbato; Pionium anno æræ ejusdem 251. mensis Asianorum 7. die 12. eodemque Sabbati, martyrium subiisse, in cap. III. declaravimus. Ad annum æræ Christianæ 169. additis (juxta primam Regulam) 336. exurgit Macedonicæ epochæ annus 505. qui per 28. (ex tertiæ Regulæ præscripto) in Quoto, ultra integrum numerum 18. etiam 1. exhibet; anni 1. Cycli Solaris, & cum eo literæ Dominicalis C. in Tabula conjunctæ, indicem. Inspecta deinde anni Macedonici & Asiani Ephemeride, 7. mensis dici 2. literam B. appositam inve-

nio: quæ; cùm in circulo hebdomadico locum à C. septimum obtineat, feriam *septimam* sive *Sabbati* diem esse illum significat.

Similiter, ad annum æræ Christianæ 251. additis 336. prodit Macedonicæ æræ annus 587. qui per 28. divisus, præter numerum integrum 20. etiam $\frac{2}{7}$ in Quoto relinquit: quod indicio est, esse annum illum Cycli Solaris 27. cui litera Dominicalis F. respondeat. Inspectâ verò Ephemeride, mensis 7. dies 12. litera E. signatus reperitur: quæ cùm in ferie hebdomadica ab F. feriæ 1. indice, ordine sit 7. feriam quoque 7. sive Sabbaticam diem esse illum confirmat.

V.

Dato anno Macedonico sive Asiatico, Cyclum Lunarem invenire.

Dividatur annus datus per 19. si præter integros Quoti numeros relictus fuerit aliquis alius, is Cycli Lunaris quæsitus erit numerus: si nullus, 19. erit. Ita annus ille Macedonicæ epochæ 1008. per 19. divisus, præter integrum numerum 53. etiam 1. in Quoto exhibet. Ut igitur Cycli Solaris erat ille postremus, ita Cycli Lunaris deprehenditur esse primus. En-

nea-

Enneadecaëteridis, inquam, ab æræ Macedonicæ exordio numeratæ, *primus*; Alexandrinæ vero, ab ærâ Diocletiani deductæ, *octavus*.

VI.

In dato anno Macedonico vel Asiano Paschalem Dominicam, & Montanistarum & Alexandrinorum, designare.

Montanistis, Solares rationes tantum spectantibus, septimi mensis (quem illi primum appellabant) vel 14. dies semper Paschalis erat, si is esset Dominicus, vel primus Dominicus dies qui eum sequebatur: quemadmodum in II. capite declaravimus. Qui verò propriè dictam Asiam incolebant Orthodoxi, Lunari quod; calculo adhibito, cum reliquis Orientalibus Paschales Alexandrinorum Terminos respiciebant: Lunas videlicet 14. quæ vel in Martii diem 21. (quo vernum Æquinoctium, ex Nicænorum Patrum sententiâ, fieri credebatur) incurrebant, vel eum proximè insequabantur. Ejusmodi, in annis ordinariis, mensis VI. & VII. dies illi erant, quos, simul cum hebdomadicis suis literis ex Ephemeride descriptis, unicusque Lunaris Cycli anno in subjecta Tabulâ apposuimus: nam in intercalaribus, dies notatum proximè sequens est semper assumendus.

Q

Au-

Asiana Enneadecaë-
teridis Paschales
Termini.

Author Homiliæ Pascha-
lis, anno æræ Christianæ
672. Macedonicæ 1008.
habitæ, Lunam 14. in diem
26. septimi mensis Asia-
norum tum incidisse ; &
quòd ea Dominica esset ,
in proximam Dominicam,
five mensis octavi diem 2.
Pascha fuisse dilatam , fig-
nificat. Annus ille 1008. (ut
ex præcedentibus patuit)
Cycli *Solaris* erat postre-
mus , literam Dominica-
lem habens E. *Lunaris* verò
primus, ad quem in præsen-
te Tabula , mensis septimi
diem 25. litera D. signa-
tum vides. Sed quia annus
intercalaris hic erat , dies
proximus cum sua literâ ,
nempe VII. 26. E. pro Lu-
nâ 14. five ipso Termino
Paschali, ex Regulæ præ-
scripto est assumendus. Et

Cycl. | Mens. | Dies. |

1. | VII. | 25. |

2. | VII. | 14. |

3. | VII. | 3. |

4. | VII. | 22. |

5. | VII. | 11. |

6. | VI. | 31. |

7. | VII. | 19. |

8. | VII. | 8. |

9. | VI. | 28. |

10. | VII. | 16. |

11. | VII. | 5. |

12. | VII. | 24. |

13. | VII. | 12. |

14. | VII. | 1. |

15. | VII. | 20. |

16. | VII. | 9. |

17. | VI. | 29. |

18. | VII. | 17. |

19. | VII. | 6. |

D. norum tum incidisse ; &
G. quòd ea Dominica esset ,
C. in proximam Dominicam,
A. five mensis octavi diem 2.
D. Pascha fuisse dilatam , fig-
G. nificat. Annus ille 1008. (ut
E. ex præcedentibus patuit)
A. Cycli *Solaris* erat postre-
D. mus , literam Dominica-
B. lem habens E. *Lunaris* verò
E. primus, ad quem in præsen-
C. te Tabula , mensis septimi
E. diem 25. litera D. signa-
A. tum vides. Sed quia annus
F. intercalaris hic erat , dies
B. proximus cum sua literâ ,
E. nempe VII. 26. E. pro Lu-
C. nâ 14. five ipso Termino
F. Paschali, ex Regulæ præ-
scripto est assumendus. Et

quia E anni hujus litera Dominicalis est , in Lunâ
14. five ipso Termino Pascha celebrari sanctio
Nicæna vetat; in proximo E. proximo diei Do-
minici indice , quærendum Pascha est , id est , in
mensis 8. die 2. quem literâ item E. notatum in
Ephemeride videre licet. Ut

Ut autem hoc anno, mensis 8. die 2. ita in tribus sequentibus, mensis 7. die 17. 9. & 29. Dominicam Paschalem celebrandam fuisse, author subjicit. Annus 1009. cum cycli *Solaris* primus sit, literam Dominicalem C. & cum *Lunaris* secundus, Terminum Paschalem habet VII. 14. G. ideoque proximo C. five mensis VII. die 17. Dominica Paschalis constituenda est. Annus 1010. Cycli *Solaris* 2. literam Dominicalem B. *Lunaris* 3. Terminum VII. 3. C. indeque in sequente B. hoc est, in mensis 7. die 9. Dominicam Paschalem habet. Annus 1011. Cycli *Solaris* 3. literam Dominicalem A. *Lunaris* 4. Terminum VII. 22. A. adscriptum habet. Quia igitur Dominica in Terminum incidit (quod concursus ille A. ostendit) in sequente A. id est, in mensis VII. die 29. Dominica Paschalis est hinc figenda.

Atque ita quadriennii hujus Paschata ab Orthodoxis, juxta Alexandrinum calculum sunt celebrata Montanistæ verò, diem 14. mensis VII. literâ G. signatum, ut unicum suum Canonem respicientes, in sequentibus E. C. B. A. quæ quatuor horum annorum (ut vidimus) literæ erant Dominicales, hoc est, in 19. 17. & 15. 16. mensis die, Paschales suas Dominicas observabant.

Quandoquidem verò in cap. 1. Gale-

num nos docentem audivimus, quâ ratione ortus & occasus siderum, & cum eis conjunctæ tempestatum in orbem recurrentium vices, in anno Solari Macedonum inveniri possent: præclaro hoc additamento Macedonicum nostrum Hemerologium locupletare visum est; collectis undique tanquam ex naufragio, quæ reperiri poterant, hujusmodi tabularum reliquiis, de quibus, in Aratum, ita scribebat olim Theon Alexandrinus. Οἱ μετὰ Μέτωνα ἀστρονόμοι ἢ πίνακας ἐν ταῖς πόλεσι ἔθηκαν περὶ τῶν τῆς ἡλίου περιφορῶν τῶν ἐν γεοκαίδεκαετηρίδων. ἔπ' καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τοιοῦδε ἔσαι χειμῶν, ἢ τοιοῦδε ἔαρ, ἢ τοιοῦδε θέρος, ἢ τοιοῦδε φθινόπωρον, ἢ τοιοῦδε αἰεμοί, ἢ πῶλλὰ πρὸς βιωφελίῃς χρείας τοῖς ἀνθρώποις. Post Metonem astronomi etiam tabellas in urbibus posuerunt de Solis in XIX. annorum periodo circuitibus: quòd per unumquemque annum ejusmodi futura esset hyems, & ejusmodi ver, & ejusmodi aestas, & ejusmodi autumnus, & ejusmodi venti, & ejusmodi generis multa humana vitæ usibus accommoda. Et quia Tabellæ istæ publicis affixæ locis, omnium oculis spectandæ proponebantur, Parapegmatum inde nomen eis est impositum. Vitruvius, lib. IX. cap. 7. Siderum occasus & ortus, tempestatumque significatus, Eudoxus, Eudamon, (Euctemon

mon,) Callistus (Callippus,) Melo (Me-
to,) Philippus, Hipparchus, Aratus, cæ-
terique ex Astrologiâ Parapegmatum disci-
plinas invenerunt, & eas posteris explicatas
reliquerunt. Quorum scientia sunt homini-
bus suspicienda; quòd tantâ curâ fuerunt,
ut etiam videantur divinâ mente tempesta-
rum significatus post futuros antè pronunciare:
quas ob res hac eorum curis studiisque sunt
concedenda. ALaërtio quoque, ex Thra-
sillo, inter Democriti scripta Παράπηγμα
recensetur: cujus, ut & aliorum illorum à
Vitruvio commemoratorum (præter Ata-
taa, quæ integra supersunt) etiam in no-
strâ hâc Tabularum congerie fragmenta
licebit recognoscere.

De eisdem, in Isagogæ suæ cap. xv.
doctissimus Gemînus. Αἱ δὲ γινόμεναι περι-
ρήσεις τῶν ἐπισημασιῶν ἐν τοῖς παραπήγμασιν,
ἐκ ἀπὸ τινῶν ταχέως γινόμενων ὡρισμένων γί-
νοντο, καὶ τὴν πνίμεθοδεύονται κατηνακασ-
μίμων ἔχουσι τὸ ἀποτέλεσμα, ἀλλ' οἱ ἐκ τῶ ὡς
ἐπίπαν λινωμένον διὰ τ' κατ' ἡμέραν παρατηρή-
σιως τὸ σύμφωνον λαμβάνοντες, εἰς τὰ παρα-
πήγματα κατεχάθησαν. Prædictiones autem
significationum quæ in Parapegmatibus sive
tabulis affixis sunt, non sunt ex quibusdam
certis præceptis, neque arte quadam tra-
duntur, ut habeant necessarium effectum:
sed qui ex eo quod plerumque fit, per quoti-
dia-

dianam observationem, quod erat consonum ceperunt, in Tabulis illud disposuerunt. Οἱ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς παρατηρήσαντες, καὶ συσταξαίμενοι τὰ παραπήγματα, ἐξετάσαντες τὰς τοπὰς ζωδιακῷ κύκλῳ, ἐν οἷς ὡς ἐπίπαν αἱ μεταβολαὶ τοῦ ἀέρος γίνονται, ἐπισκέψαντο κατὰ τὰς χεῖρας τῆς τῶν ἀστρον ἀνατέλλει ἢ συγκαταδύει, καὶ ταῖς τούτων ἐπιτολαῖς καὶ δυσσεὶ σημείοις ἐχρήσαντο ἢ πρόβωσαν τῶν θεωρημένων. Nam qui a principio observaverunt, & Parapegmata illa composuerunt, exploratis locis Zodiaci circuli, in quibus ut plurimum mutationes aëris sunt; consideraverunt, qua astra temporibus illis orirentur aut simul occiderent, atque horum orbitibus & occasibus pro signis sunt usi ad praedictionem praedictorum.

In xi. ejusdem operis capite Ἰηφίσματα quoque ea appellat. Ἐν τοῖς Ἰηφίσμασιν, inquit, αἱ φαίνόμεναι τῶν ἀστρον ἐπισταλαὶ θεωροῦνται. αἱ μετὰ γὰρ ἀληθινὰ ἀδιδόρητοι εἰσι καὶ ἀπαρατήρητοι, αἱ δὲ φαίνόμεναι καὶ θεωροῦνται καὶ παρατηροῦνται. In iudiciis, apparentes astrorum ortus praedicuntur. Nam veri ortus sunt invisibiles atque inobservabiles: apparentes verò, & praedicuntur & observantur. Ubi notandum tamen, Veteres astronomos in Parapegmatis suis, quibus Plinius & ipse Geminus quoque usus est, Ortus quos appellant
Cof-

Cosmicos, utcunque ἀθεωρήτους, locum concessisse; non quidem ut notis temporum conspicuis, sed ut ἐπισημασιῶν occultis indicibus: quippe qui siderum ortus & occasus, non cum Gemino simpliciter ut signa, sed etiam ut causas tempestatum & variarum aëris mutationum, in meteorologicis suis observationibus consideraverint, quanquam in suo Ptolemæus, non solum stellarum omnium ortus Cosmicos & occasus Acronychos, ut planè ἀθεωρήτους ἢ ἀπαετηρήτους, consultò prætermiserit; sed etiam ipsas Sagitte, Pleiadum, Hædorum, Vindemiatoris, Delphini, ἐπιτολὰς καὶ κρύψεις Heliacas, διὰ τὸ δυσδιακρίτους καὶ δυσκατανοήτους ἔῃ παντοῦ πασι τὰς τῶν ἕτω μικρῶν ἀστέρων ἐσχάτας καὶ πρώτας φαντασίας.

Ptolemæi autem nomen præferentia, quatuor vidimus Parapegmata. Primum, hoc ipsum & illius proprium, huiusmodi prænotatum titulo. Κλαυδίῳ Πτολεμαίου φάσεις ἀπλανῶν ἀστέρων, καὶ συναγωγὴ ἐπισημασιῶν. ubi ἐπισημασίας ex Veterum tabulis, φάσεις verò, suo tempore congruentes, ex proprio calculo exhibet; secundum diversitatem climatum, quæ, horarum maximæ in unoquoque diei numero apposito, designat. Hujus exemplar Græcum integrum communicavit nobis D.

Henricus Savilius : cujus partem tantum, eamque ipsam admodum mutilam & depravatam, Græco-Latina Dionysii Petavii continet editio ; licèt xxxviii. ante illum annis, Federicus Bonaventura Urbinas totum Latine à se versum in lucem emisserit.

Secundum, falso Ptolemæi nomine venditatum Parapegma, vulgatus ille est de stellarum inerrantium significationibus libellus, qui ex Græco per Nicolaum Leonicum in Latinum translatus fuisse dicitur: cum vel ab ipso Nicolao, vel ab alio aliquo rerum harum imperitissimo, ex Ovidio & aliis Latinis authoribus, nullo iudicio, fuerit congestus. *Tertium*, & brevius & nullius planè momenti, anno 1345. Astrologicæ suæ Summæ inferuit Johannes Eschenden. *Quartum* subjectum habebatur *Isagogico Astrologiæ Ptolemæi, ex Arabico ab Abrahamo de Balmes converso*: quod non aliud est quàm *Gemini Isagoge in Phænomena*; cujus editionem ex codice, quem Viennæ à Johanne Sambuco Savilius noster nactus est, expressam, non solum cum Arabico isto Isagogico, sed etiam cum alio MS^o Græco & Vaticani exemplaris *διπολογισμός* (ab eodem præstantissimo viro acceptis) diligenter contulimus. quod ideò monendum duximus,

ne

ne quis erratum putaret, si quid à libro edito varians in nostrâ Ephemeride deprehenderet: in quâ, ex *Gemino* desumpta ea omnia intelligenda sunt, quæ *Plinii* & *Ptolemæi* & *Aëtii*, non habent nomen appositum.

CAP. VII.

Cælestium mensium disparilis mensura, in Parapegmatum descriptionibus à Metone, Eudoxo & Chaldeis adhibita. Ortuum & occasuum stellarum ipsarum, pro variâ temporum & locorum ratione, discrepantia: locorumque & temporum, quibus diversorum authorum Parapegmata sunt adaptata, designatio.

Cælestium mensium, ad Solis in signa Zodiaci ingressum conformatorum, quum Macedonicus noster annus à rege Philippo primum reciperetur, apud Græcos duo præcipua fuerunt genera: à *Metone* & *Euctemone* ante annos xcv. introductum unum, ab *Eudoxo* noviter excogitatum alterum. Hoc verò an illud ipsius Solis in cælo motui rectius responderet; considerandum sibi proposuit *Calippus Cyzicenus*; qui, a cum populari suo atque *Eudoxi* infamiliari *Polemarcho Cyziceno* primum, deinde de cum *Aristotele* communicato

a *Vid.*
Simplic.
in *Aristot.*
l. 2. de *Cæ-*
lo, fol.
120. a. &
123. init.

consilio; in integrâ anni Periodo consti-
tuendâ Eudoxi, anno Tropico dies 365.
& quadrantem assignantis, (detractâ diei
parte 76. quam Meton & Euctemon in-
insuper adjecerant) in anni verò Quadran-
tum partitione, *Metonis & Euctemonis* sen-
tentiam præferendam fuisse statuit. Cum
enim Eudoxus unius tantum Sphæræ, idem
cum Terrâ centrum habentis, circumvolu-
tione Solem per totam Zodiaci longitudi-
nem periodicum suum motum conficere &
quod cum eo connexum est, borealem &
australem illius semicirculum pari temporis
spatio percurrere, statuisset: duas prætereâ
alias homocentricas sphaeras necessariò hic
adhibendas contendit Calippus, τὰ φαινόμε-
να εἴ τις μέλλοι ἀποιδόναι, si quis *apparentia*
salvare velit; ut in libro 12. *Metaphysico-*
rum habet Aristoteles. vel ut in *Historiâ*
suâ Astronomicâ, ex ipso Calippo, refert
Eudemus; εἴπαροι μεταξύ τῶν τροπῶν καὶ τῶν
ἰσημειῶν χεῖνοι τοσούτων διαφέρεισιν, ὅσον τῶν
Εὐκλήμονι καὶ τῶν Μέτωνι ἰδοῦμαι, si *inter*
aquinoctia & solstitia temporum tanta sit dif-
ferentia, quanta Euctemoni & Metoni visa
fuit.

Extat insignis hic Eudemi locus apud
Simplicium, in lib. 2. de Cælo: sed ha-
ctenus minus animadversus, quod ut in
Vitruvio *Eudæmonis & Melonis*, in Ara-
bum

bum versionibus *Ostimonis* & *Matheonis*,
 ita & hîc *Αλμαίωνος* ac *Μέμνονος* nomen,
 pro *Euctemonis* & *Metonis*, scriptorum vi-
 tio irrepserit. quorum utrumque nos, non
 ex nudâ conjecturâ, sed ex clarissimi Sa-
 vilii apographo (quod ex Jo: Vincentii
 Pinelli exemplari descriptum, si memoria
 non fallit, ille nobis indicavit) integritati
 suæ restitimus. Atque ut ex eo Calippum,
Euctemonis observationibus simpliciter
 acquievissè, & ad earum normam *Eudoxi*
 hypotheses emendâsse, intelleximus: ita
 ex *Gemîno* quoque in *Parapegmate* suo
 Calippum cœlestes *Euctemonis* menses
 adhibuissè, atque ad eos ipsum *Gemînum*
 tam *Eudoxi* quàm aliorum *Astronomo-*
rum differentia *Parapegmata* reduxissè,
 animadvertimus. Hinc ad diem 15. id est,
 medium *Scorpionis* sui *Gemînus* ex *Euc-*
ctemone annotat. *Ὠρίων ἀρχεται καὶ με-*
σθῆνι καὶ λήγει ἐπιχειμάζει: per *Orionem*
 in medio & fine mensis, tam *Euctemo-*
nici quàm sui, futuras tempestates signifi-
 cari innuens. Ad *Zygōnis* 1. *Εὐκτῆμονι*
ἰσημερία μετωπωρινή & *Καλίππῳ ἰσημερία*
μετπωρινή, ab *Euctemonis* simul & *Ca-*
lippi *æquinocetio autumnali* mense inchoa-
 to. ad *Egōnis* item 1. *Εὐκτῆμονι τροπαί χει-*
μειναι, & *Καλίππῳ τροπαί χειμειναι*. à *bru-*
 mali solstitio tum *Euctemonis*, tum *Ca-*
lippi

lippi principio mensis similiter deducto. Unde, cum ad Ium. Crionis, Calippi *ἰσημερία ἰαερινή*, & ad Ium. Carcinonis, ejusdem *τοσαύτη χρονία*, appositæ ibidem cernantur: quin Euctemonis quoque & æquinoctium vernum & solstitium æstivum eòdem sint referenda, nullum est dubium. A Metone verò & Euctemone observatum fuisse solstitium æstivum Athenis archonte Apseude, mensis Phamenoth secundùm Ægyptios die 21. sub finem videlicet anni 4. Olympiadis LXXXVI. Junii nostri proleptici die 27. ex Ptolemæi libro 3. *μεγάλης συντάξεως* didicimus. Unde hujusmodi nascitur Kalendarum mensium cælestium Metonis, Euctemonis & Calippi, in Gemîni Parapegmate, ad Julianorum nostrorum mensium dies accommodatio.

Carcinon, di. 31.	Jun. 27.	} di. 92.
Leonton, di. 31.	Juli. 28.	
Parthenon, di. 30.	Aug. 28.	

Zygon, di. 30.	Sept. 27.	} di. 89.
Scorpion, di. 30.	Oct. 27.	
Toxon, di. 29.	Nov. 26.	

Ægon, di. 29.	Dec. 25.	} di. 89.
Hydron, di. 30.	Jan. 23.	
Ichthyon, di. 30.	Feb. 22.	

Crion.

Crion, di. 31. Mart. 24. }
 Tauron, di. 32. April. 24. } di. 95.
 Didymon, di. 32. Mai. 26. }

Euctemonem occasum matutinum Vergiliarum XLVIII. diei post æquinoctium autumnii tribuere, in naturalis suæ Historiæ lib. 18. cap. 25. scribit Plinius: Cæsareum utique æquinoctium. in 24. Septembris à Sosigene collocatum, intelligens. Est verò ille dies Novembris 10. Scorpionis Euctemonici & Calippici 15. ad quem, in Gemîni Parapegmate, similiter annotatum invenimus; *Εὐκτῆμονι πλειάδες δύωσι* *Euctemoni Pleiades*, sive Vergiliæ, *occidunt*. Ortus verò & occasus siderum quos in *Atticâ* fieri idem notavit Plinius, tempus à Gemîno ex *Euctemone* assignatum uno plerùmque die antecedunt, aliquando etiam & sequuntur. Aprilis enim 15. Hyades, & 25. Canis, *Euctemoni* apud Gemînum occultantur: quæ apud Plinium die 16. & 26. *Atticæ* occidunt vesperi. Contrà, Septembris 5. apud Plinium *Atticæ* *Arcturus* matutino exoritur, & *Sagitta* occidit manè: quum die 6. *Euctemoni*, apud Gemînum, *ἑπιτίλλει ἀρκτῆρος, καὶ εἰς ὅς δὲ τῆσι ὄρθρῃς*. quod idem etiam in Ephemeride nostrâ, ad Octobris diem 2. & 3. Decembris 30, & 31. Aprilis 2. & 3. Julii 23. & 24. observare liceat.

Quin

Quin & Julii die 5. Plinio, *Attica Orion torus exoritur*; ubi die 7. *Εκτήμενοι Ωριων ὄλος ἐπιτέλλει*: quæ bidui differentia est, vel, si MSS. Gemini exemplar asequi libeat (ad diem 13. Carcinonis ortum istum referentia) etiam *quatridui*.

Ad Eudoxi verò Parapegma spectat ille Plinii locus, lib. 2. cap. 47. *Omniū quidem (si libeat observare minimos ambitus) redire easdem vices quadriennio exacto Eudoxus putat; non ventorum modò, verùm & reliquarum tempestatum magnà ex parte. Et est principium lustri ejus semper intercalari anno Canicula ortu. non vero & αθεωρήτω, sed appàrente & Heliaco: à quo, cùm ab aliis, tum à Galeno (commentario 1. in lib. 1. Epidemiorum Hippocratis, & commentario 3. in ejusdem librum de Humoribus) Opora deducitur principium. de quâ (in commentariis ad lib. 1. Meteoròrum Aristotelis) Olympiodorus. τὸ θερος εἰς δύο διαίρεται εἰς θερος, ὅταν ἡλιός ἐν ἐστὶν Καρκίνῳ καὶ Παρθένοῳ καὶ εἰς ὀπώρον ἡνίκα ἐστὶν ὁ ἡλιός ἐν Λέοντι ὅταν ὁ Σείρατος φαίνεται λοιπὸν, ὃν καὶ ὁ Ποιητὴς διὰ, τὸ ὀπώρον ὀπωρινὸν ἐκάλεσεν* *Æstas in duo dividitur: in æstatem propriè dictam, quando Sol est in Cancro & Virgine; & in Oporam, quando Sol in Leone est: quando Sirius præterea apparet, quem & Poëta eam ob causam*

CAP. VII. *Asianorum anno Solari.*

sam Oporinum appellavit. Homerum intel-
ligit, qui in Iliad. & Sirium sive Caniculam
ἀστὴρ ὀπωρινὸν nominat.

A Solis igitur in *Leonem* ingressu, cœ-
lestium suorum mensium exordium de-
duxit Eudoxus: in Alexandrinorum *Mesori*
die 5. sive *Julii* nostri 29. principium
Oporæ; & in Metonici *Ægonis* die 4. qui
nostri Decembris 28. est, *τὴν ἀστὴρ ἑσπε-
ρίαν* sive solstitium brumale collocans. quo-
rum hoc *Geminus*, illud in *Parapegmate*
suo nos edocuit Ptolemæus Unde in *interca-
lari* illo anno, à quo lustrum suum est exor-
sus, hujusmodi orta est mensium dispositio.

<i>Leonton</i> , di. 30.	Juli. 29.	} di. 92.
<i>Parthenon</i> , di. 31.	Aug. 28	
<i>Zygon</i> , di. 30.	Sept. 28.	
<i>Scorpion</i> , di. 31.	Octob. 28.	} di. 91.
<i>Toxon</i> , di. 30.	Nov. 28.	
<i>Ægon</i> , di. 31.	Dec. 28.	
<i>Hydron</i> , di. 30.	Januar. 28.	} di. 92.
<i>Ichthyon</i> , di. 31.	Feb. 27.	
<i>Crion</i> , di. 30.	Mart. 29.	
<i>Tauron</i> , di. 31.	April. 28.	} di. 91.
<i>Didymon</i> , di. 30.	Mai. 29.	
<i>Carcinon</i> , di. 31.	in Jun. 28.	

anno intercalari; sed 30. tantum
in ordinario.

Homocentrica utique Eudoxi illa hy-
po-

pothesis, quæ in septentrionali & australi
 Zodiaci semi-circulo æqualem Soli moram
 tribuebat, ut æstivum etiam semestri &
 brumale eodem temporis spatio confice-
 retur postulabat: quo ad dies integros re-
 ducto, in anno illo intercalari, quem (ut
 lustri sui primarium) in Parapegmate suo
 Eudoxus proposuerat, menses dierum 31,
 & 30. alternatim positi, in alterutro se-
 mestri 183. dies æquabiliter exhibebant.
 Unde, ut ex duodecim mensibus *ἐναυαξ*
 30 & 29. dierum, Lunaris annus dierum
 354. ita ex totidem mensibus eadem al-
 ternatâ ratione 31 & 30 dierum constitu-
 tis, Solaris annus 366 dierum enatus est:
 quot etiam naturali anno dies tribuisse *En-
 nium*, Censorinus author est. Quòd si an-
 no 3. Olympiadis CIII. Octaëterida
 suam in Ægypto Eudoxus conscripserit
 (quod, ut concessum, in libro 2. de Emendat.
 Temporum, assumit Scaliger) in intercalari
 ejus anno contigisset etiam bissex-
 tus anni nostri Juliani Proleptici. Et
 circa illam sanè Olympiadem claruisse Eu-
 doxum, ex ipsius *τῆς αὐτοῦ* confirmat
 Laërtius: ad tertium verò, vel illius vel
 præcedentis alicujus Olympiadis, quàm
 ad annum quempiam alium, principium
 lustri ejus & nos referre maluimus, quod
 mense Februario 29. dierum ea ratione hîc
 ad-

admissio, *Crionis* Kalendæ in Martii 29. incurrerent; nempe in Metonici *Crionis* diem 6. ad quem, in *Gemini* Parapegmate, *Eudoxi ionnegia* cernitur appo-
sita.

Ex his quæ hæctenùs sunt dicta satis apparet, neque *Metonis* & *Euctemonis*, neque *Eudoxi* menses cœlestes, in novo suo anno Solari secutos fuisse *Macedones*: sed à quibus eos mutuati fuerint, non tam proclive est dicere. Ego certè quod huc faciat, aliud nihil afferre possum, quàm quod à *Columellâ* lib. xi. cap. 2. annotatum reperio; *Nono Kalendas Januarias Brumale solstitium sicut Chaldei observant, significat.* In anno autem *Macedonico*, ab *Asianis* item recepto, mensis quarti initium à *brumali solstitio* fuisse deductum, capite i. ex *Galeno*; & à *nono Kalendas Januarias*, sive *xxiv.* Decembris *Juliani* die, fuisse numeratum, capite ii. ex *Actis Timothei* declaravimus. Unde & in reliquis pariter anni partibus ordinandis *Chaldæos* quoque secuti illi fuisse videantur, quorum hîc operâ rex *Philippus* fuerat usus; & inter eos præcipuè *Aristoteles*. quem, ut cœlestium observationum, ab *Ægyptiis* & *Babyloniis* à plurimis annis factarum, non ignarum fuisse ex libro 2. de *Cœlo* intelligimus: ita *Parapegmata* eum latuisse non

b Plin.
l. 18. c.
25.

est credibile, quorum usum ab Ægyptiis & Chaldaeis ad Græcos pervenisse, in commentariis ad Aratum Theon Alexandrinus confirmat. Ægyptiacum quoque illud & Chaldaicum (eo nomine & b Assyriâ & Babyloniâ comprehensâ) inter alia Parapegmata, consuluisse se Plinius indicat: de eorum inter se discrepantiâ, ita præfatus. *Addidere difficultatem & autores diversis in locis observando, mox etiam in iisdem diversa prodendo. Tres autem fuerunt sectæ: Chaldaea, Ægyptia, Græca. His addidit quartam apud nos Caesar Dictator, annos ad Solis cursum redigens; Sosigene perito ejus scientiæ adhibito. Nos verò in sequentem Ephemeridem, quæ ex Chaldaea & Græcâ supererant, coniecimus; Ægyptiâ & Casarea suum in locum sepositâ, & ad Græcanicas præterea observationes, à Gemîno & Ptolemæo commemoratas, aliis nonnullis ex Plinio adjectis, quem longè quàm illos pluribus generis hujus scriptoribus fuisse usum, tum ex authorum ex quibus liber 18. conflatus est Indice, clarum est; tum, ex capitis 31. ejusdem libri, verbis illis. Deinde consentiunt, quod est rarum, Philippus, Calippus, Dositheus, Parmeniscus, Conon, Criton, Democritus Eudoxus, Jon; IIII. Kalend. Octobr. Capellam matutino exoriri, & III. Kalendas Hadus.*

Quòd

Quod ita inter se auctores dissenserint, qui *diversis in locis* observarunt, nihil est quod quisquam miretur: quum in aliis atque aliis Terræ climatibus alios atque alios eorundem siderum ortus & occasus necessariò fieri, Sphæræ ratio demonstret. Τὸ γὰρ αὐτὸ παράπλημα ἢ δύναται συμφωνεῖν ἐν τῇ Ρώμῃ, καὶ ἐν τῷ Πόντῳ, καὶ ἐν Ρόδῳ, καὶ ἐν Ὑλξίᾳ, ἀλλὰ ἀνάγκη διαφορῆς τὰς παρατηρήσεις ἔδειν διαφορῆς ὀρίξουσιν. Unum enim Parapegma non potest congruere in urbe Româ, & in Ponto, & in Rhodo, & in urbe Alexandrinâ; sed necesse est, ut *diverse sint observationes in diversis horizontibus*: quemadmodum, in capite περὶ ἐπισημιασῶν, confirmat Gemînus. Nam *Canicula*, exempli gratiâ, in Rhodo quidem (ut ait ille) post æstivum solstitium diebus *triginta* oritur, in aliis verò locis *quadraginta*, & *quinquaginta* in aliis. Licet enim ad 400. ferè stadia insensibilis fiat climatum varietas; in majori tamen distantiâ, *προανατολὰς καὶ προδύσεις, præortus & præoccasus* notari, in præcedente capite idem præstantissimus scriptor docuerat. Cujus mente non rectè perspectâ, secundum Mathematicos singulis gradibus mutari ad sensum Meridianos, & cuique gradui 400. respondere stadia, minus consideratè in Manilianis suis pronuntiavit Scaliger.

Sed cùm Parapegmatum scriptores orbitibus & occasibus fiderum inerrantium ut *ισαμένοις πσι σημείοις*, *statis & immotis quibusdam signis*, ad tempestates designandas usos fuisse, in capite illo *περὶ Ἰπσημασιῶν* Gemînus notaverit; *iisdem in locis diversa prodita* ab eis fuisse, magis illi mirum videri potuisset, quam Ptolemæo qui, ipsis stellis fixis motum proprium tribuens, tantum *ἐπὶ πολὺν χεῖρον πρὸς ἀντὶς υφ' αἰθρῆς ταῖς ὀμωνύμοις ἡμέραις*. Canonem suum potuisse reddere professus est. Hic enim, Hipparchi insistens vestigiis, *centum annis* in consequentia signorum per unum gradum stellas proveli censuit: quem *septuaginta annorum* spatio ab illis confici, R. Josua Judæus (in tractatu Thalmudico, *מורה נבוכים* dicto) Alzuphi Arabs, Nassir-eddinus Tufinus & Ulug-beigus Persæ, multo rectius tradiderunt; ita ut annuus earum motus sit minut. 0'. 51". 25". 42". qui item *ὑπολωμάτων*, sive apogæorum, Solis, Saturni, Jovis, Martis, Veneris & Mercurii, in Tabulis Perficis MSis. (à Georgio Chrysococcâ Græcè conversis) annuus motus esse statuitur. Quocunque vero motu Periodico stellarum inerrantium posito, illud consequitur; labentibus sæculis, *iisdem in locis eadem fiderum φάσεις*, eis que respondentem tempestatum *ἰπσημασίας*,

solis, certâ quâdam ratione à prioribus diebus paulatim recedere. Unde & decem illorum Græcorum, è quibus sequens Ephemeris collecta est, Astronomorum tempora libuit hic subjicere: locis quoque ex Ptolemæo appositis, quibus illi Parapegmata sua adaptârunt.

<i>Authores.</i>	<i>Tem- pus:</i>	<i>Circa annum</i>	<i>Loca.</i>
	<i>Periodi- Julianæ.</i>	<i>Ante æram Christianam</i>	
1 Meton & Athenienses.	4282	432	Athenæ, Cyclades, Macedonia, & Thracia: à maximi diei quantitate horarum 14½ usque ad 15.
2 Euctemon Athenienses.	4284	430	Macedonia & Thracia: ubi maximus dies est horarum 15.
3 Democritus Abderitanus.	4348	366	Asia, Sicilia & Italia: maximi diei quantitate horarum 14½ usque ad 15.
4 Eudoxus Cnidius.	4374	340	Peloponnesus, Locris & Phocis: ubi maximus dies est horarum 14½.
5 Philippus Medmæus.	4384	330	Hellespontus: à maximi diei quantitate horarum 14½ usque ad 15.
6 Calippus Cyzicenus.	4444	270	Italia & Sicilia; à maximi diei quantitate horarum 14½ usque ad 15.
7 Conon Samius.			

- 8 Dositheus 45 14 200 Coloni, prope Athenas, ubi maximus dies est horarum 14 $\frac{1}{2}$.
- 9 Hipparchus 45 84 130 Bithynia: ubi maximus dies est horarum 15.
- 10 Metrodorus Scepsius. 46 34 80 Italia & Sicilia: à maximi diei quantitate horarum 14 $\frac{1}{2}$ usque ad 15.

Nobis verò, ad quos integra horum Parapegmata non pervenerunt, alia adhuc difficultas superest; quod qui reliquias eorum nobis conservarunt, Gemînus & Ptolemæus, ad diversos dies eorundem non locorum modò & temporum sed etiam hominum observationes retulerunt. Cujusmodi error, in variis annorum cœlestium formis ad unum aliquem alium anni modum transferendis, facillimè potuit obrepere. Ut enim Metonis & Calippi menses cœlestes Gemînus; ita Alexandrinorum suorum menses civiles, reliquorum omnium Parapegmatum communem mensuram, Ptolemæus constituit.

Et sapiùs quidem in eundem diem Julianum Gemîni & Ptolemæi notationes coincidere animadvertimus. quod argumento est, ex malè à nobis constituto mensium cœlestium apud Gemînum exordio (de Alexandrinorum enim apud Ptolemæum ad nostros applicatione nullum subest dubium) differentiam illam nequa-

quaquàm provenisse. Ita, verbi gratiâ,
 apud utrumque Martii die 7. *Democrito* fri-
 gidi flant venti, *Ornithiæ* appellati,
 per dies novem. *Calippo*, Septembris
 1. *Etesiæ* desinunt; & Martii 26. est
ἰερός ἢ νικητός *Eudoxo*, April. 25. Mai.
 4. & Decemb. 9. est. *ἰερός*. *Dositheo*,
 Octob. 29. & *Euctemoni*, Novemb.
 10. *χειμῶν*. Non rarò tamen unius
 diei discrimen cernitur. Inde *Eucte-*
moni, Septembris die 15. apud Ptole-
 mæum, 16. apud Geminum, est Au-
 tumni principium: & apud illum Janua-
 rii 6. die, apud hunc 7. Media hyems. Ei-
 dem, apud Ptolemæum Martii 4 & 8,
 apud Geminum 5 & 7 flat frigidus *Boreas*.
Democrito, juxta Ptolemaicas rationes,
 Decembris die 10. *Tonitrus*, fulgura,
 aqua, ventus; Januarii 4 *Auster* flat ut plu-
 rimùm; Februarii 6. *Zephyrus* incipit fla-
 re, & 24. Varii sunt dies, qui *Halcyonii*
 appellantur; Junii 3 *Aqua* existit, & 22
 Significare solet: quæ singula *Gemini* *Ca-*
non in dies sequentes conjicit.

Aliquando hîc & bidui occurrit diffe-
 rentia. *Euctemoni* enim, apud Ptolemæum
 Martii die 13, apud Geminum 15. *Orni-*
thiæ flare incipiunt, & *Milvus* apparet.
Eudoxo juxta Ptolemæum Februarii die 3.
Serenitas est, quandoque etiam flat *Ze-*

phyrus; Martii 8. Milvus apparet; Julii 25. Aufter flat; Septembris 4. Pluvia, tonitrus, ventus existit: quæ in Gemîni tabulâ, Februarii die 5. Martii 10. Julii 27. & Septembris 6. consignata leguntur. Sed & ipsi nos, in Ephemeridis nostræ tractatione, priusquàm lineis ductis dierum numeros ab invicem discrevissemus, usu comperimus, in phasibus & ἐπισημασίαις excerpendis, uno aliquoties & (ubi dies hisce vacuus intercurrebat) duobus aliquando diebus errorem à nobis fuisse admissum. aded proclivis lapsus est in numerorum & notarum appositarum rectâ accommodatione: ad primorum scriptorum ἐβλεψίαν posteriorum librariorum præsertim accedente negligentia. Quod prudenti Lectori æltimandum ex ipsius Ephemeridis inspectione relinquimus: cui ne quid deesset, etiam ex Aëtii Tetrabiblo (serm. III. cap. 164.) recentius Parapegma interserere libuit; qui circa annum Christi ccccl. Amidæ in Mesopotamiâ claruit, in illo videlicet climate, cujus medijs parallelus diem maximum habet horarum 14¹.

Anni
Stella
g
A
B
C
D
E
F
G
A

EPHEMERIS.

Anni Macedonici & Afiani, cum Juliano collati: addito etiam Stellarum inerrantium ortu & occasu, ac tempestatum præsa-
giis; ex veterum Astronomorum, quæ Afiam, Thra-
ciam, Macedoniam & Græciam spectabant,
Parapegmatum reliquis.

I. DIUS Macedonicus, dierum 30. Sol in Libra.

1	A	Νομηνία.		Sept. 24
2	B	δευτέριζα- μένυ.	Eudoxo, significat. Ptolem. Aërio Æquinoctium autumnale: & est maxima aëris turbatio trib. dieb. anteà.	25
3	C	τρίτη ιζαμένυ.	Euctemoni, significat. Democrito, Plu- via & ventorum turbatio. Ptol.	26
4	D	τεταρτη ιζα- μένυ.	Euctemoni, Philippo, & Cononi, signi- ficat. Ptol. Euctemoni, Æquinoctium automna- le, & significat. Calippo, Aries incipit occidere Æquinoctium autumnale.	27
5	E	πέμπτη ιζα- μένυ.	Hipparcho, significat. Ptol. Philippo, Calippo, Dositheo, Cononi, & Democrito, Capella matutinè ex- oritur. Plin.	28
6	F	ἕκτη ιζαμένυ.	Eisdem, Hoedi exoriuntur: Plin. Hipparcho, Auster vel Zephyrus. Eu- doxo & Euctemoni, significat. Ptol. Euctemoni, Hoedi vespertinè oriun- tur. Tempesta est.	29
7	G	ἑβδόμη ιζαμέ- νυ.	Eudoxo, Capra vesperi oritur.	30
8	A	ἄγδον ιζαμένυ.	Calippo, Tempesta est, & aëris in- temperies. Euctemoni & Philippo, Pluvia. Ptol. Euctemoni, vespertinè apparent Pleia- des. Calippo, Virgo cessat oriri.	Oct 1
				9 B

E P H E M E R I S.

9	B	ἑννάτη ἰσημέρου.	<i>Attica</i> Corona exoritur manè. <i>Plin.</i> <i>Euclemoni</i> , Tempeſtas eſt. <i>Ptol.</i>	2
10	C	Δεκάτη.	<i>Aſia</i> Heniochus occidit matutino. <i>Plin.</i> <i>Euclemoni</i> , Corona oritur. Tempeſtas eſt.	3
11	D	πρώτη ἐπι δεκάτη.	<i>Eudoxo</i> , Pluvia & ventus inconstans. <i>Dofittheo</i> , ſignificat. <i>Ptol.</i> <i>Eudoxo</i> , Pleiades oriuntūr.	4
12	E	δύοτερον ἐπι δεκάτη.	<i>Democrito</i> , Tempeſtas eſt. Sementis tempus. <i>Ptol.</i>	5
13	F	τρῆτη ἐπι δεκάτη.	<i>Eudoxo</i> , [Spica] manè oritur. <i>Aëtio</i> Corona manè oritur : & eſt vehemens aëris mutatio.	6
14	G	τέταρτη ἐπι δεκάτη.	<i>Hipparcho</i> , Auſter <i>Ptol.</i> <i>Aëtio</i> , Hædi vespere oriuntur.	7
15	A	πέμπτη ἐπι δεκάτη.	<i>Eudoxo</i> , Scorpius vespери incipit occidere : & tempeſtas inſuper oritur, & ventus flat magnus.	8
16	B	ἕκτη ἐπι δεκάτη.	<i>Eudoxo</i> , ſignificat. <i>Hipparcho</i> , Subſolanus. <i>Ptol.</i>	9
17	C	ἑβδόμη ἐπι δεκάτη.		10
18	D	ὀγδοὴ ἐπι δεκάτη.	<i>Dofittheo</i> & <i>Eudoxo</i> , ſignificat. <i>Ptol.</i>	11
19	E	ἑννάτη ἐπι δεκάτη.		12
20	F	Εἰκὰς.	<i>Dofittheo</i> , Ventus inconstans. <i>Calippo</i> , ſignificat. <i>Ptol.</i> <i>Eudoxo</i> , Scorpius vespери occidit. Capra [manè] occidit. <i>Calippo</i> , Chelæ incipiunt oriri. Significat.	13

E P H E M E R I S.

21	Γ δεκάτη φθίνον τϞ.	Eudoxo, significatio. Ptol.	14
22	Α ένατάτη φθίνον τϞ.	Eudoxo, Boreæ & auftri spirant.	15
23	Β ογδόη φθίνον τϞ.	Eudoxo, Ventorum mutationes. Tonitrua. Ptol.	16
24	Δ έξδόμη φθίνον τϞ.	Hipparcho, Aufter vel Boreas. Ptol. Aëtio, Hyades vespere orientur: & magna fit aëris turbatio.	17
25	Δ έκτη φθίνον τϞ.	Eudoxo, Hyades vesperi orientur.	18
26	Ε πέμπτη φθίνον τϞ.	Dositheo, significatio. Ptol.	19
27	Φ τέτάρτη φθίνον τϞ.		20
28	Γ τρίτη φθίνον τϞ.		21
29	Α δειλέα φθίνον τος.	Aëtio, maxima aëris turbatio.	22
30	Β πρώτη φθίνον τος, ή τριζυκας.	Eudoxo, significat. Ptol. Aëtio, oriente Sole Pleiades occidunt.	23

II. APEL-

EPHEMERIS.

II. APELLÆUS, dierum 30. Sol in Scorpio.

1	C	Νημηνία.	<i>Calippo</i> , Significat. <i>Euctemoni</i> & <i>Calippo</i> , Varius aër. In mari, tempestas magna. <i>Ptol.</i> <i>Calippo</i> , Tauri cauda occidit. Significat.	24
2	D	δευτέρα 15α. μηνς.	<i>Eudoxo</i> , Boreas & aufter spirant.	25
3	E	τρίτη ισαμηνς.	<i>Euctemoni</i> , Magna per mare tempestas.	26
4	F	τετάρτη ισαμηνς.		27
5	G	πέμπτη ισαμηνς.		28
6	A	έκτη ισαμηνς.	<i>Dositheo</i> , Tempestas. <i>Democrito</i> , Frigus vel pruina. <i>Hipparcho</i> , Aufter continuus. <i>Ptol.</i> <i>Dositheo</i> , Tempestas est.	29
7	B	εβδομη ισαμηνς.	<i>Euctemoni</i> & <i>Philippo</i> , Ventus magnus flat. <i>Ptol.</i> <i>Democrito</i> , Pleiades matutindò occidunt. Venti hyberni plerumque, & frigora & pruina. Solet audiri flatus. Folia abjicere maximè incipiunt arbores. <i>Calippo</i> , Scorpii frons oritur, cum ventis.	30
8	C	ογδόη ισαμηνς.	<i>Calippo</i> & <i>Euctemoni</i> , Venti vehementes. <i>Metrodoro</i> , Venti & tempestas. <i>Ptol.</i> <i>Euctemoni</i> , Arcturus vesperi occidit; magnique spirant venti.	31
9	D	έννάτη ισαμηνς.	<i>Cononi</i> & <i>Eudoxo</i> , Intemperies ventorum. <i>Ptol.</i>	Nov. 1
10	E	Δεκάτη.	<i>Calippo</i> , Intemperies aeris. <i>Hipparcho</i> , Aufter vel Boreas frigidi. <i>Ptol.</i>	2

E P H E M E R I S.

11	F	πρώτη ἑπὶ δεκάτῃ.	<i>Eudoxo</i> , Boreas, vel aufter. <i>Metrodoro</i> Intemperies aëris. <i>Euctemoni</i> . & <i>Philippo</i> , & <i>Hipparcho</i> . Pluvia. <i>Ptol. Eudoxo</i> , Arcturus acronychus [manè] occidit; & significat, & ventus spirat.	3
12	G	δευτέρα ἑπὶ δεκάτῃ.	<i>Calippo</i> . Pluvia. <i>Euctemoni</i> , Significat. <i>Ptol. Calippo</i> . Tauri caput [manè] occidit. Pluviæ.	4
13	A	τρίτη ἑπὶ δεκάτῃ.	<i>Euctemoni</i> , Lyra manè oritur: & tempestas est, cum pluvîâ.	5
14	B	τετάρτη ἑπὶ δεκάτῃ.	<i>Dositheo</i> . Tempestas. <i>Ptol. Aëtio</i> , Pleiades manè occidunt, & incipit aër sedari.	6
15	C	πέμπτη ἑπὶ δεκάτῃ.	<i>Hipparcho</i> , Argestes (seu Corus) frigidus. <i>Ptol. Eudoxo</i> , Orion vesperi incipit oriri.	7
16	D	ἕκτη δὲ ἑκατάτῃ.	<i>Democrito</i> . Lyra oritur unâ cum Sole ascendente: & aër fit tempestuosus plerumque.	8
17	E	ἑβδόμη ἑπὶ δεκάτῃ.	<i>Metrodoro</i> . Tempestas est, & procella. <i>Euctemoni</i> , Pluviæ & Tempestas <i>Ptol. Eudoxo</i> , Pluvia est.	9
18	F	ὀγδόη ἑπὶ δεκάτῃ.	<i>Philippo</i> & <i>Euctemoni</i> , Tempestas & procella. <i>Hipparcho</i> , Boreas vel aufter frigidus, & pluvia. <i>Ptol. Euctemoni</i> , Pleiades occidunt, & significant. Et Orion incipit cum medianti mensi tum desinenti tempestatem excitare.	10

EPHEMERIS.

19	G	ἐνατη ἐπι δε κάτη.	<i>Hipparcho</i> , Hyemis initium. <i>Metro-</i> <i>doro</i> , & <i>Calippo</i> , & <i>Cononi</i> , Signi- ficatio. <i>Ptol. Calippo</i> , Splendida in Scorpio stella oritur, significat : & Pleiades occidunt apparenter. <i>Aët-</i> <i>tio</i> Lyra manè oritur.	11
20	A	Είκας.	<i>Euctemoni</i> & <i>Dositheo</i> , Tempeftas est. <i>Ptol.</i>	12
21	B	δεκάτη φθίνον- τος.	<i>Eudoxo</i> , Scorpius incipit oriri manè.	13
21	C	ἐνατη φθίνον τος.	<i>Eudoxo</i> , Hyemis principium, & Si- gnificat. <i>Democrito</i> , Tempeftas, tùm in terrâ tùm in mari. <i>Ptol.</i> <i>Eudoxo</i> , Pleiades manè occidunt ; & Orion incipit occidere, & tem- peftas est.	4
23	D	ὄγδοη φθίνον τος.		15
24	E	ἑβδόμη φθίνον τος.	<i>Eudoxo</i> , Lyra manè oritur.	16
25	F	ἕκτη φθίνοντος		17
26	G	πέμπτη φθίνον- τος.		18
27	A	τέταρτη φθι- νοντος.	<i>Eudoxo</i> . Hybernus cœli ftatus. <i>Ptol.</i>	19
28	B	τελιτη φθίνον- τος.	<i>Eudoxo</i> , Boreas frigidus. <i>Ptol.</i>	20
29	C	δευτέρα φθίνον τος.	<i>Euctemoni</i> & <i>Dositheo</i> , Tempeftas & pluvia. <i>Ptol. Aëtio</i> , Hyades manè occidunt.	21
30	D	πρώτη φθίνον τος, ἢ Τρια- κας.	<i>Eudoxo</i> , Tempeftas vehemens. <i>Ptol.</i> <i>Euctemoni</i> , Hyades occidunt, atque in super pluit. <i>Aëtio</i> , Turbatio fit circa aërem.	22

E P H E M E R I S.

III. AUDYNÆUS, dierum 31. *Solin Sagittario.*

1	Ε Νεμυρία.	<i>Hipparcho</i> , Auster frequens. <i>Eudoxo</i> 23 & <i>Cononi</i> , Hybernus aër. <i>Calippo</i> , Pluvia. <i>Ptol.</i> <i>Calippo</i> , Tauri cornua occidunt; & pluvia.	
2	Β δευτέρα ισαμίας.	<i>Eudoxo</i> , Hyades occidunt; & mag- 24 na est tempestas.	
3	Γ τρίτη ισαμίας.		25
4	Α τέταρτη ισαμίας.		26
5	Β πέμπτη ισαμίας.	<i>Eudoxo</i> , Intemperies aëris. <i>Dositheo</i> , 27 Significatio. <i>Democrito</i> , Cœlum turbidum & mare ut plurimum. <i>Ptol.</i> <i>Aëtio</i> , Orion oritur; & Corona oc- cidit.	
6	Σ έκτη ισαμίας.		28
7	Δ έβδομη ισαμίας.		29
8	Ε όγδη ισαμίας.	<i>Cononi</i> , Tempestas est. <i>Ptol.</i>	30
9	Φ εννάτη ισαμίας.	<i>Euctemoni</i> , & <i>Eudoxo</i> , & <i>Calippo</i> , Dec Tempestas. <i>Ptol.</i> <i>Aëtio</i> Canis ma- nè occidit.	1
10	Γ δεκάτη.	<i>Metrodoro</i> , Hybernus status. <i>Eucte-</i> 2 <i>moni</i> , & <i>Philoni</i> (f. <i>Philippo</i>) & <i>Ca-</i> <i>lippo</i> . Ventorum intemperies. <i>Ptol.</i> <i>Euctemoni</i> , Canis occidit; & fit tempestas. <i>Calippo</i> , Sagitta- rius incipit oriri, & Orion occi- dere apparenter. Tempestas est.	
11	Α πρώτη επί δεκάτη.	<i>Cononi</i> , Tempestas est. <i>Ptol.</i> <i>Eudoxo</i> , 3 Orion manè occidit.	
12	Β δευτέρα επί δεκάτη.	<i>Euctemoni</i> , & <i>Eudoxo</i> , Tempestas. 4 <i>Ptol.</i>	

EPHEMERIS.

13	C	τρίτη ἐπὶ δεκάτῃ.	<i>Dositheo</i> & <i>Democrito</i> , Tempestas. <i>Ptol. Euctemoni</i> , Scorpii aculeus oritur.	5
14	D	τετάρτη ἐπὶ δεκάτῃ.	<i>Eudoxo</i> & <i>Dositheo</i> , Hybernus aër. <i>Ptol.</i>	6
15	E	πέμπτη ἐπὶ δεκάτῃ.	<i>Hipparcho</i> , Boreas assiduus. <i>Eudoxo</i> , Pluvia. <i>Ptol. Eudoxo</i> , Canis manè occidit: tempestas est.	7
16	F	ἕκτη ἐπὶ δεκάτῃ.	<i>Euctemoni</i> , & <i>Eudoxo</i> , & <i>Calippo</i> , Hybernus aër & pluvia. <i>Ptol.</i>	8
17	G	ἑβδόμη ἐπὶ δεκάτῃ.	<i>Euctemoni</i> , & <i>Eudoxo</i> , & <i>Calippo</i> , Hybernus aër & pluvia. <i>Ptol. Eudoxo</i> , Pluvia.	9
18	A	ὄγδοη ἐπὶ δεκάτῃ.	<i>Metrodoro</i> , & <i>Euctemoni</i> , & <i>Calippo</i> , Hybernus status. <i>Democrito</i> . Tonitrus, fulgura, aqua, venti. <i>Ptol. Euctemoni</i> , Aquila oritur; fiat Auster. <i>Aëtio</i> , Hœdi manè occidunt.	10
19	B	ἐννάτη ἐπὶ δεκάτῃ.	<i>Calippo</i> , Auster; & significatio. <i>Eudoxo</i> , Hybernus aër. <i>Ptol. Democrito</i> , Aquila oritur simul cum Sole; & significare solet tonitru & fulgur, cum aquâ, aut vento, aut utroque ut plurimum. <i>Eudoxo</i> , Canis vesperi oritur. <i>Calippo</i> , Gemini transeunt occidentes: fit pluvia. <i>Aëtio</i> , Capra manè occidit.	11
20	C	Εἰκίς.	<i>Aëtio</i> , perturbatio aëris fit.	12
21	D	ἑνδεκάτη φθινόβοι.	<i>Hipparcho</i> , Auster multus vel Boreas. <i>Ptol.</i>	13
22	E	δέκατη φθινόβοι.	<i>Eudoxo</i> , Tempestas est. <i>Ptol. Euctemoni</i> , [Capra] occidit.	14
23	F	ἐννάτη φθινόβοι.		15

E P H E M E R I S.

24	G	ἡδυή φθίνον τ⊙.	<i>Eudoxo</i> , Scorpius manè oritur; & 16 est tempestas.
25	A	ἑβδόμη φθίνον τ⊙.	17
26	B	ἑκτη φθίνον⊙.	<i>Hipparcho</i> , Auster. <i>Ptol.</i> <i>Eudoxo</i> , 18 Capra manè occidit.
27	C	πέμπτη φθί νον⊙.	<i>Eudoxo</i> & <i>Dositheo</i> , Africus vel Au- 19 ster. <i>Ptol.</i>
28	D	πρώτη φθίνον τ⊙.	<i>Eudoxo</i> , Hybernusaër. <i>Ptol.</i> 20
29	E	τετάρτη φθίνον⊙.	<i>Eudoxo</i> , Aquila manè oritur. 21
30	F	δευτέρα φθίνον τος.	22
31	G	πρώτη φθίνον τος.	<i>Actio</i> , Solstitium hybernum. 23

S.

IV. PERI-

EPHEMERIS.

IV. PERITIUS, dierum 30. Sol in Capricorno.

1	A	Νεμηνία.	Hipparcho & Metoni, Significat. Ptol. Chaldaeis, Brumale solstitium est Columel.	24
2	B	δευτέρα 15α μηνς.	Cononi, & Metoni, & Calippo, Tempestas. Metrodoro, Significationis intemperies. Ptol. Euctemoni, Solstitium brumale. Significat. Calippo, Sagittarius definit oriri. Solstitium brumale. Tempestas est.	25
3	C	τρίτη ισαμηνς.	Eudoxo, & Metrodoro, Hyemalis aër Hipparcho, Tempestas vespertina. Ptol. Euctemoni, Delphinus oritur. Tempestas est.	26
4	D	τετάρτη ισαμηνς.	Eudoxo, Significat. Democrito, Tempestas, Ptol.	27
5	E	πέμπτη ισαμηνς.	Eudoxo, Solstitium brumale. Tempestas est.	28
6	F	ἕκτη ισαμηνς	Euctemoni, & Philippo, & Democrito, Significat. Ptol.	29
7	G	ἑβδόμη ισαμηνς.	Euctemoni, Significat. Ptol. Atticae & finitimis regionibus Aquila vesperi occidit. Plin.	30
8	A	ογδόη ισαμηνς.	Euctemoni, Aquila vesperi occidit: fitque tempestas.	31
9	B	ἐνάτη ισαμηνς.	Januar.	1
10	C	δεκάτη.	Dositheo, Significat. Ptol. Eudoxo, Corona vesperi occidit.	2
11	D	πρώτη ἑπὶ δεκάτη		3
12	E	δευτέρα ἐπὶ δεκάτη.	Democrito, Auster fiat ut plurimum Ptol. Aëtio, Delphinus oritur.	4

E P H E M E R I S.

13	F	τρίτη ἐπὶ δεκάτη.	<i>Democrito</i> , Auster flat ut plurimum. <i>Aëtio</i> , Aquila vesperi occidit.	5
14	G	τετάρτη ἐπὶ δεκάτη.	<i>Euctemoni</i> & <i>Philippo</i> , Media heymis <i>Ptol.</i>	6
15	A	πέμπτη ἐπὶ δεκάτη.	<i>Hipparcho</i> & <i>Eudoxo</i> , Tempestas est. <i>Ptol.</i> <i>Euctemoni</i> , Media hyems. Auster multus flat hybernus per mare. <i>Aëtio</i> , turbatio vehemens.	7
16	B	ἕκτη ἐπὶ δεκάτη.	<i>Metrodoro</i> , & <i>Euctemoni</i> , & <i>Philippo</i> , & <i>Calippo</i> , Auster. <i>Ptol.</i> <i>Calippo</i> , Capricornus incipit oriri. Fiat auster.	8
17	C	ἑβδόμη ἐπὶ δεκάτη.	<i>Eudoxo</i> , auster vehemens, & pluvia. <i>Ptol.</i> <i>Euctemoni</i> , Auster hybernus per mare.	9
18	D	ὀγδοὴ ἐπὶ δεκάτη.		10
19	E	ἐνάτη ἐπὶ δεκάτη.	<i>Eudoxo</i> & <i>Dositheo</i> , Auster cum tempestate. <i>Hipparcho</i> , Ventorum in temperies. <i>Ptol.</i> [<i>Euctemoni</i>] vesperi occidit <i>Perseus</i> , & spirat auster.	11
20	F	εἰκάς.		12
21	G	δεκάτη φθίνοντος.		13
22	A	ἐνάτη φθίνοντος.	<i>Hipparcho</i> , Auster vel <i>Boreas</i> , Tempestas est. <i>Ptol.</i>	14
23	B	ὀγδοὴ φθίνοντος.		15
24	C	ἑβδόμη φθίνοντος.	<i>Hipparcho</i> , Subfolanus spirat. <i>Ptol.</i>	16

E P H E M E R I S.

25	D	ἕκτη φθίνουσι		17
26	E	πέμπτη φθίνουσι	<i>Euctemoni & Philippo</i> , Tempeſtas. <i>Metrodoro</i> , Inconſtantia aëris. <i>Ptol.</i>	18
27	F	τετάρτη φθίνουσι	<i>Euctemoni</i> , Tempeſtas. <i>Ptol.</i>	19
28	G	τελείη φθίνουσι	<i>Calippo</i> , Tempeſtas, pluvia. <i>Hipparcho</i> , Boreas ſar. <i>Euctemoni & Democrito</i> , pluit. <i>Ptol.</i> <i>Euctemoni</i> , Delphinus vespertinus occidit. <i>Calippo</i> , Cancer occidit Tempeſtas eſt.	20
